Bianor cum.i.latino scribit:fuit teste Homero libro undecīo iliados unus ex troianis principibus: qui cum Oileo auriga ab agamēnone in bello interemptus fuit:alius fuit Tyberini regis tusci.& Mātonis fatidicæ:quæ Mantuam construxit:de quo Virgilius in Mœri:Namq̄ sepulchū incipit apparere Bianoris.Et dicitur Bianor quasi βια:idest uiolētia:αρβαρ uir.Hic idē dictus fuerat prius Oenus ut uidebimus in dictione Manto.

Bias cum.i.latino scribitur.fuit perinensis philosophus ex asia patre Teutamo natus.Hunc Satyrus septem reliqs sapiētibus prætulit.idē teste Laertio uir fuit totus regius.& ciuiū suoꝝ princeps quos diu aduersus periculis tutatus est.Sed tandem capra semel patria:cum fugiētibus cūctis onustis sarcinulis præciosarum rerum suarum:& ipse īterrogaretur cur ex bonis suis solus nihil ferret? respondit oīa bona mea mecum porto.post hæc usq̄ ad īteritum suū defendēdo amicos aduocauit: Et cū iā decrepitus pro clientulo aduocasset: fessusq̄ caput in nepotis filiæ gremiū declinasset expirauit.

Byblesia prima cum.græco & penultima cum.i.latino scribitur:urbs fuit in Asia.

Bibliotheca cū.i.latino utrobiq̄ &.th.aspirato scribit:atq̄.e.exili dici:p̄t a nostris librorꝝ repositorꝝ .i.βιβλιων:quod est librorꝝ θηκη repositoriū.Et ut scribit Gellius.noctiū atticarꝝ sexto libros Athenis disciplinarꝝ liberaliū publice ad legēdū p̄bēdos prius posuisse dicit Pisistratus tyrānus Deiceps studiosus accuratiusq̄ ipī athenienses auxerunt. Sed oēm illā postea librorq̄ copiā Xerxes Athenarum potius urbe ip̄a p̄ter arcē incensa abstulit: asportauitq̄ in p̄sas.Hos porro lib.uniuersos multis post tpibus Seleucus rex:q Nicanor appellatus ē:referēdos Athenas curauit.Ingēs post numerus librorꝝ i Aegypto a Ptolomeis regibus uel cōqsitus:uel cōfesus est.Ad milia ferme uolumina septingēta: sed ea oīa bello priore Alexandrino dū diriperēt ea ciuitas non sponte neq̄ opa cōsulta: sed a militibus forte auxiliaris īcensa sunt.Nec id p̄tereūdū uidet qd' Pli.circa initiū.xxxv.libri natura.hist. nouiciū dixi inuentū.Siqdē non ea auro argentoue:aut certe ex ære in bibliothecis imagines dicatæ fuerunt illis scilicet:quoꝝ immortales aiæ in locis iisdē loquunt.Quinimmo ēt & quæ non sunt fingūtur: sicut in Home.euenit.Quo maius ut equidem arbitror:nullū est fœlicitatis specimē:q̄ semp omnes scire & cupe q̄lis fuerit aliqs.Et subdit Asinii Pollionis Romæ iuētū:q primus bibliothecā dicādo īgenia hoīum reipu.facit.An priores cœpint Alexandriæ & Pergami:q bibliothecas magno certamine īstituere nō facile dixerim.Imaginum amore flagrasse quosdā testes sunt:& Atticus Cicerōis edito de ea re ī sua senectute uolumine.Et.M.Varro benignissimo īuento inserēs ī uoluminibus nō tantum septingētoꝝ illustrium nomina:sed & ali quorum imagines non passus interire figuras.

Bibliopola cū.i.latīo utrobiq̄ scribitur:dicit a nīis librarius.Nā cōponit ex βιβλοσ:qui est liber: & πολο uendo:cum ille sit qui libros uenditat.Martia.in ultimo.Et faciet bibliopola triphon.Verum ut exantiquorum dictis annotare ualuimus: liber duo significat:ip̄m opus totū: & certā opis partē. Vnde ait Vlpianus:Si cui centū libri ligati: cētum uolumina ei dabimus:nō cētū quæ qs īgenio suo meritus sit:quæ ad libri scripturā sufficerēt:utputa cū haberet Homerū totū in uno uolumine non quadragintaocto libros cōputamus: sed hoc unū Hom.uolumē pro libro accipiendū est.Sic nostro iudicio consueuere.Cicero: sic Gellius: & alii fere oēs.Nōnulli uero putāt melius dici totū opus codicē & certā opis partē librū:ita ut Virg. æneis nō liber sit:sed duodecim libri:Georgica nō sit idē liber:sed libri quattuor.Bucolica unus liber dicat: sitq̄ idē unū uolumē.Georgica quattuor uolumina:æneis duodeci.Oui.Sūt mihi mutate terq̄nq̄ uolumina formæ.Alii uero totū opus librum uocant:& opis partē uolumē:ut Pli.de libris sui auūculi loquens ait:libros tres in sex uolumina ꝓpter amplitudinē diuisit.Volumen uero uel a uolo dictū ē eo q̄ in libris uoluntas apparet:uel quod magis sequærer a uoluo:eo q̄ uolui apud antiquos cō sueuerit:ut duo Cæsaris anticatiōes.Simili modo hebræi legē suā uoluere:& græci missam hoc tpe cōsueuerūt.Sic antiqui romani qui in libris arborum:idest corticibus scribebāt:ut eos libros commodius ferēt cū uolebāt:unde forte uolumina appellauerūt.Nāq̄ adhuc durat uerbum euoluere libros:p eo q̄d ē apire libros lectitādi gra q̄si rē cōuolutā explicare.Quēadmodū euelare ē rē uelatā detegere.Nisi dicimus euolui libros pp numerū paginarū.Accipit aūt nūc euoluere libros siue auctores:pro eo quod est lectitare.

Bio uel ut alii more græco scribūt Bion cū.i.latino sequēte.o.scribit:fuit genere boristēytes.Quibus āt fuerit parētibus:& q̄bus ex rebus ad philosophiam se trāstulerit:ipemet enarrauit:ī epistola ad antigonū sic dicēs:Pater meus liberatus fuit cubito

ſe tergẽs. Significabat ãt illũ ſucidiã: & laridũ uẽdere: boryſtẽites genere hẽs nõ faciẽ. ſed in facie ſcriptura idiciũ acerbiſſimi domini. Mater ãt quã huiuſmodi ducere potuit. Deinde pater neſcio qd in rẽ publicanoꝝ cõmitẽs cũ tota domo uenũdatus ẽ: me adoleſcẽtulũ haud ignauũ uel ĩgratũ orator qdã emit: Is moriẽs mihi oia reliqt. Ego tabulas ipſius exurẽs cũctaſq; diſcidẽs Athenas cõceſſi: ibiq; philoſophatus ſum. Fuit hic Bio ĩgẽio uerſatili: ut dixit Laert. & ſophiſta callidus. Fuit auditor cratis & Theodori athei: qn & Theophraſti: ut dixit Eratoſthenes primus Bio philoſophiam uario oſonis flore ueſtiuit. Hic Alcibiadẽ culpãs dicebat illũ dũ eẽt adoleſcẽs uiros abuxoribus: dũ eẽt iuuẽis uxores a uiris abduxiſſe: Fuere teſte Laertio Biões decẽ: Primus pherecydi Syro cõtẽporãeus fuit. Secũdus rethor ſyracuſanus: q ĩ arte rhetorica ſcripſit. Tertius hic ipſe. Quartus q attice multa cõſcripſit & ionice q primus oſtẽdit regiões q̃ſdam eſſe, ubi ſex mẽſiũ eſſet nox: & totidẽ dies. Quintus ſolenſis q ſcripſit æthiopica. Sextus rhetoricus: cuius ſeruntur nouem libri muſarum inſcripti. Septimus lyricus poeta: Octauus mileſio ſculptor. Nous poeta tragicus. Decius ſculptor clazõenius ſiue chius.

Biothanatus prima cũ .i. latio. ante penultima cum th. aſpriato & ultima cum .t. ſimplici ſcribit: dicit ille qui p uiolentiã mortuus ẽ: hoc eſt βια. uiolẽtia: θανατος mors. Nã ut ãtiq gẽtiliũ theologi aſſerebant Biothanatoꝝ aĩe i originẽ ſuam nõ recipiebãtur: niſi uagãtes legitimũ tps fati cõpleuerit qd̃ poetæ ad ſepulturam tranſferunt: ut Centum errant annos. Vnde occiſura ſeipſam ante tps Dido dicebat ad Aeneam: Oĩbus umbra locis adero: dãbis improbe pœnas: Scilicet mihi uaganti.

Byria pria cũ .y. græco: & pẽultima cũ .i. latino ſcribitur: apud græcos uero additur .s. in fine. & dicit βυριας. Sane ex noſtris nonnulli duplicãt .r. quod ſine ratione factum eſt.

Byrro cũ .y. græco & duplicato .r. atq; ſecundo aſpirato ſcribit & dicitur quaſi pyrrus: hoc eſt ruffus. Qui & pro nomine ꝓprio a Iuuenale ponitur.

Byrſa cũ .y. græco ſcribitur: uocabulũ ẽ ryriũ: quod aꝑuos coriũ uel tergus ĩdicat a quo Carthago eo noie prius cognominata fuit: qa ꝓ illa ædificanda tantũ loci Dido emerat a rege Hiarba: q̃ntum corio tauri tegi poſſet dicente Vir. lib. æneidos prio.

Mercariq; ſolum facti de nomine Byrſam.
Taurino quantum poſſent circundare tergo.

Biſalte cum .i. latino & .t. exili ſcribitur: populi ſunt ſcythici: de quibus Vir. lib. geor. iii. meminit cum ait: Biſaltæ quo more ſolent acerq; Gelonus: Cũ fugit in Rhodopen: aut indeſerta getarum.

Byſſus cũ .y. græco & duplicato .ſ. ſcribitur. genus ẽ lini ſubtiliſſimi. & eſt aliud ꝓcioſius linum: quod durat in igne: & eſt teſte Plinio libro .xiiii. pondere auri olim permutabatur.

Biſtonũ cũ .i. latino utrobiq; & .t. exili ſcribitur ſtagnũ ẽ in Thracia Abderæ urbi ꝓpinquũ: ĩ quo teſte Herodoto lib. hiſt. vii. duo flumina cadũt: Stranus & Compſantus: quo & ipa Tracia ut quidam uolũt dicta ẽ Biſtonia: & nonnunq̃ Biſtonis cũ .i. latino ẽt in ultima: ut Ouid. lib. epiſtolaꝝ heroidũ Et tutta a bello biſtonis ora fuit: ideſt Thracia: & Thraces teſte ſolio biſtões. At uero Lactãtius grãmaticus ſuper ſecundum thebaidos: & ſtagnum & prouinciã & Biſtone rege cognominatã uoluit.

Bitias cũ .i. latino utrobiq; & .t. exili ſcribit: nomẽ ẽ uiri: quẽ teſte Seruio Liuius dixit fuiſſe ꝓfectum claſſis punicæ. quã ſcilicet Dido Carthaginẽ uſq; pduxit: de quo Vir. in prio: Tũ Biciæ dedit ĩcrepitans. At in nono de alio locutus eſt cum ait. Pandarus & Bitias ideo Alcanore creti.

Bithynia pria cũ .i. latino. ſeq̃ns cũ .th. aſpirato & .y. græco. penultima cũ .i. latino ſcribit: licet Parmenides latius qdam grãmaticus: & q nõnunq̃ codicẽ græcũ uidit. aliter ſomniet: ꝓuincia eſt minoris Aſiæ auerſa Thraciæ: & proxia troadi ad introitũ ponti prius Bebrytia dcã fuit poſtea Mygdonia. & ultio a Bythio rege Bithynia cognominata eſt: Hæc teſte Solino diues ẽ urbiũ: & opulẽta rerum a fontibus Sãgari fluminis proprios prioſq; fines habet. Eadem teſte Seruio Phrygia magna fuit: in cuius agro ut idem Solinus refert Libyſſa locus ẽ: Nicomediæ proximus: ſepulchro Hãnibalis inſignitus. Eſt ẽt in eãdẽ Hylas fluuius: & Pruſa urbs.

Biton cũ .i. latio & .t. exili ſcribitur: fuit frater Cleobis: qui duo matrem Argiam in iunonis templũ curru traxerũt: ut late oſtẽdit Herodotus libro hiſtoriaꝝ primo: & a noſtris Cicero: Seruius: Valerius de pietate erga parentes: & alii nonnulli.

Bitur cum .i. latino & .t. exili ſcribitur a græcis: populi ſunt Galliæ.

Byzãtiũ prima cum .y. græco ſequẽte .z. cõſonante: penultima cum .t. exili & .i. latino ſcribitur: urbs ẽ Thraciæ maritima a Pauſania ſpartãoꝝ rege prius condita: ut teſtatur Iuſtinus libro ſuo epitomatis nono. Nũc uero Cõſtãtinopolis a Cõſtãtino ĩperatore: qui eam adauxit & exornauit uocatur.

Blacterare cũ .ct. exilibus ſcribit uocabulũ ẽ a græca dictione deductum. q dicit βλαξ huius βλακος a noſtris uero iactãs ſeu iactator dr: ideo blacterat ẽ ſtulte & ꝓcupide loq. Nam huiuſmodi hoĩes in uerba ꝓiectos nr̃i ueteres teſte Gellio locuteleios & blacterones & linguaces dixerũt: qui etiã a græcis κατα γλωσσοι appellant. Vnde Homerus unum exoĩbus Therſitẽ αμετροεπη: & ακριτομυθον appellabat. Verba illius multa ακροσμα ſtripẽtium ſine modo gracchulorum ſimilia eſſe dixit Sane ĩ libello de philomena: qui Ouidii a nonnullis iſcribit: habetur arietem blacterare cum ait Blacterat hinc aries: & pia balat ouis. Feſtus uero dixit camelos blacterare cum uoces edunt.

Bocchus cũ duplicato .c. & ſecũdo aſpirato a græcis ſcribit: fuit Mauritãiæ & Getuliæ rex Hic geneꝝ ſuũ Iugurthã catenis ligatũ .L. Syllæ Narii q̃ſtoꝝ tradidit. ut plene oſtẽdit Saluſtius in iugurthino.

Bœbeis prima cũ .œ. diphthongo: penultima abſq; diphthõgo & ultima cũ .i. latino ſcribit fuit: teſte Porphyrio ĩ ſecũdũ iliados Hõe. palus Theſſaliæ.

Boetia cũ .œ. diuiſis ſyllabis & .t. exili atq; .i. latio ſcribitur: regio eſt Eruopæ in cõfino atheniẽſi a boue quam in domitiã Cadmus Agenoris filius ibi cõperiẽs immolauit ſic quoq; cognmĩata fuit. Hãc ſub attica regiõe cõpræhẽdi nõnulli uolũt. Quin

& olim ſub Macedoniæ noīe nonnulli deueniſſe referunt. Hæc eadem ut ex qbuſdam Home. gloſulis accæpi. Aonia prius ab aonis ibidē habitātibus uocata fuit. Nouiter uero quōiā ab uuādalis ex Aphrica pulſis occupata fuit. Vuādalia dicta fuit.

Bootres cum .oo. diuiſis ſyllabis: & duplici .o. & .t. exili ſcribitur: hic ē q & arctophylas a plurimis cognominat: quē arcadē Caliſtonis filiū fuiſſe dicūt ſed Aratus ideo Bootem illum dixit: quia arcton quæ plauſtrum dicta fuit: agitare uidetur.

Bœotix cū .œ. diphthōgo & .i. latio ſeqnte .x. cōſonāte ſcribit: fuit qdē cibroꝝ rex a Mario debellatus.

Bombyx cū .y. græco ſcribit: uermis eſt: quo apud æthiopes indos: & ſeres naſcitur ſericum: quod ēt bombix uocatur: intra qd' ut qdam ferunt icluſus uermis emoritur: ex quo in terrato itez ꝓduci bōbicem dicitur: a quo panniculus rubedine ifectus: & aptus mulierum genas inficere bombicinus uocatur: penultima ſcilicet correpta Iuuenalis in ſatyra Credo pudicitiam inquit. Ēt panniculus bombicynus urit: ideſt ſericeus. Ponitur etiam bombix a Theocritum proprium nomen fœminæ.

Bomichar cum .i. latino & .ch. aſpirato ſcribitur: fuit Hamilcharis filius: & in medio Carthaginis foro patibulo ſuſpenſus.

Bolis cū unico .l. & .i. latio ſcribit: dici poteſt latie a ſimilitudine magis quā a iacēdo iaculū: ad cuius ſimilitudinē faces quædam igneæ bolides uocabantur. Vnde Plinius libro ſecūdo genera earum lampades uocant: plane faces alterum bolidas, quale mutinenſibus malum uiſum eſt diſtāt q faces ueſtigia lōga Faciūt priore ardente parte: bolis uero perpetua ardens in longiora trahit limitem.

Boreas cū unico .r. a noſtris: & .e. abſq diphthongo ſcribit: eo ꝙ prima a latinis poetis ſemper breuis ponit. Ouid. lib. metamorphoſeos prio: Horrifer ī uaſit boreas: contraria tellus. Virgi. libro georgicorum primo: At boreæ de parte trucis. Apud græcos uero cōiter cū duplici .r. ſcribit ut βορρας: qd' illoꝝ poetæ nō ſemp obſeruauere: ſed more nr̄o cum unico .r. ſcribentes breuē protulerūt. Orpheus in argonautica: πουτου υωερβροην μερεοπτες Aliquādo uero a βορειας huius βορειαδος declinat: ut idem νερτε δυποιρος κοιςι βοριαδος αντιον αρκου. Et dr̄ a nr̄is aqlo. Hunc illū qdam eſſe putāt q Home. ατρηγενέτης: hoc eſt æthere genitus appellatur. Nam ab æthereo axe deſcendere ēt a nr̄is poetis dr̄. ut Ouid. li. de triſtibus. Quantus ab æthereo ꝓſonat axe fragor: Qua de re a quibuſdam ēt απακτιας. hoc eſt ſeptemtrionarius appellatur. Nec niſi quattuor principales uentos nominauit Homerus quos a Seneca in agamemnone tempeſtatem deſcribens: quam paſſus fuerat Agamemnon: pulcherrime uno uerſu cōcluſit dicens. Rapiuntq pelagus ifimo euerſum ſolo. Aduerſus euro zephyrus: & boreæ notus. Ouid. uero li. i. de triſtibus quattuor uerſibus hos eoſdē uentos cum locis ſuis: unde perflant recoligens ait.

Nam modo purpureo uires capit eurus abortu.
Nunc zephyrus ſero ueſpere miſſus adeſt.
Nunc gelidus ſicca boreas bacchatur ab arcto.
Nunc motus aduerſa prælia fronte gerit.

Boryſthenes cū .y. græco & .t. abſq aſpiratione ſcribit ſed ut apud antiqores nr̄os diligētiſſime annotaui. illud .y. græcū in .u. noſtrū cōuerti cōſueuerat Vnde ēt in triūphalibus. T. Plautii apud tibur ſcriptū cōperi. VLTRA BORVS TENENT. cū .u. noſtro & nō .y. græco: ut pulcherrime litteræ indicant. & eſt teſte Hero. li. hiſto. iiii. fluuius ſcythaꝝ magnus. & ab hiſtro quartus memoria dignus: ita ut ſecūdus ſit Tyres: tertius Hyſpanis: & hic q̄rtus. & ut idē auctor ſubdit: ſi ī ſe cōſideret: qa ī illū nulli alii defluunt fluuii pricipaliſſimus oium fluuioꝝ: excepto Nilo uī. cū purus & ſimplex abſq aliog admixtiōe deſcendat. Nec illius eodē Hero. teſte: ut neq Nili initium deſignatur. Hic cum gētes ſui nois: & lætiſſima pabula nauigabilis ſemp alluerit: in euxinum deſcendit pontum.

Bos cū ſimplici .o. hoc ē abſq diphtōgo ſcriptū. ēt græcū uocabulū eſt. Nam ut comperi ab Ariſtarcho grammatico antiquiſſimo in qbuſdam gloſulis ī Homeꝝ deſcendit a uerbo: βο: quod apud illos ſignificat alo ſeu ueſcor: cuius futurum facit βοσω: a quo bos formari per ablationem .ω. magni dixit Addit & aliud cū ī fœminio profertur: boū cōgregationē deſignare. Sane apud noſtros in noīatiuo ac uocatiuo ſingulari: datiuoq & ablatiuo plurali & primā producit: in reliqs uero caſibus corripit: & a boue reboo uerbū deducitur: quod græcum eē dixit Seruius ſuper georgi. iiii. Nam apud latios ut ait nullum uerbum ē: quod ante .o. finalem .o. habeat: excepto ichoo: quod tamen maiores aliter ſcribebant: ſcilicet auferētes aſpirationē .a. c. & duabus uocalibus interponentes dicenteſq icoho: Ita ut tria tantummodo haberent nomina: in quibus .c. litteram ſequæbatur aſpiratio: Sepulchrum orchus: & pulcher: ex quibus ut ait pulcher tantum hodie aſpirationem recæpit.

Boſphorus cū .ph. aſpirato ſcribi debet: ut Oēophorus: Criſtophorus: & ſimiles quæ cō græce dictiones ſint: & a uerbo φορο: quod ē nos cū .f. fero dicimus compoſitæ: cū .ph. ſcribi debēt. Et dicit a trāſitu bouis uel anguſtis meatibus boū puis: ut uidebimus in dictiōe oceanus. Et ſunt Boſphori duo nominatiſſimi. Vnus qui thracius dicitur prope Bizātiū: ſiue iā Conſtantinopolim: quē teſte Herodoto facto ex nauibus pōte Darius uel ſcithas ꝓficiſcēs: cū exercitu ptranſiuit. Cuius rei erectā colūnam litteris annotatam monumentum reliquit. Alter uero Boſphorus in introitu paludis Mæotidos habetur: qui cimmericus dicitur: & de quo Ouidius libro triſtium. iii. locutus eſt cum ait.

Boſphorus & Tanais ſuperat: ſcithiæ paludes:
Vixq ſatis noui nomina pauca loci.

Bothrus cum .t. exili ſcribitur: ſed ubi nos .u. illi .y. græcum habēt: dici poteſt a noſtris racemus. Virgilius libro georgicorum ſecundo.

Et turpes auſbus prædam fert una racemos:

Brabaſthenes cum .th. aſpirato ſcribitur: pōitur ab omnibus mons: quem Liuius libro quarto de bello macedonico decem milibus paſſuum a Lacedæmonia propinquum dixit.

Brachæ cū .ch. aſpirato ſcribitr: & a βραχυ quod eſt breue deducitur: quaſi breuia ſint quædam pu

dendoꝝ ſubligacula:ut Iuuena. Mittent brachæ. Quidam uero putant geminãdũ.c. ac ſcribẽdum brachæ:cum prima ultra naturam ſui primitiui apud nos lõga ſit. Nam βραχυ apud noſtros primam breuem obtiuit:ut patet in tribarcho: cuius penultima breuis ponit. Sed cũ apud græcos duplex illam ſequatur:neceſſario longa ẽ. Ego uero magis puto abſq; geminatione ſcribendum. Nec penultimam primitiui apud approbatos auctores noſtros breuem poni.

Brachycatalecton ſola ſecunda aſpirat.& cũ.y.græco ſcribitur dici poetæ a noſtris breuis termiatio. uel breuiter terminatum. Nam ex βραχῦ: quod eſt breue cõponit: & καταλήγω: qđ eſt termino unde catalectũ terminatũ. Vnde uerſus ille: cui deſunt i fine ſyllabæ: brachicatalectos cognominat.

Brachium cum.ch.aſpirato &.i.latio ab oĩbus græcis ſcribitur:quod ſi a βραχυ:qđ eſt breue: ut dixit Feſtus deduceret:eo q; ab humeris breue traha tur:cum.y.græco ſcribendũ uideret niſi dicamus .y.græcum in.u.noſtrum conuerſum eſſe:& ante ſe.i.latinum ſuſcæpiſſe.

Brachyologia cũ.ch.aſpirato ſequẽte.y.græco ſcribitur dr.a noſtris breuiloquium. Nam ex βραχυ: quod eſt breue componitur: & λογια locutione. uel λογος locutio.

Brachtea cũ.ch.aſpirato &.t.exili ſcribit:tenuis ẽ lamina:& ſua ſponte plicabilis. Nam βραχῦ deducitur qđ non minus tenue q̃ breue deſignat. At uero lamina quid craſſius ẽ.& ex qua armatura cõſticitur qua incenſa olim hoſtes torquæbant nec compreſſa aut agitata crepitat:ut brachtea p̃ tenuitate. Virg.lib.æneid.vi.

Talis erat ſpecies auri frondentis opaca.
Ilice:ſic leni crepitabant brachtea uento.

Nam lanimã tã ferream æream plumbeiam ſtanea am:q̃ auream argentem electream orichalceam dicimus Brachtea uero potius ex his poſterioribus: & inde brachteola diminutiuum deducitur.ut Iuuena.in ſatyra Exemplo quodcunq; malo inquit: Brachteolam de caſtore ducas.

Brachteola cum.ch.aſpirato &.t.exili ſcribitur: diminutionum eſt deductum a brachtea ut in præcedenti dictione uidimus.

Brachmãe cũ.ch.aſpirato ſcribit:populi ſunt ĩdoꝝ:

Braſiadas cum.i.latino ſcribitur:fuit uiri athenienſis proprium nomen:

Brepium cũ.i.latino ſcribitur:promõtoriũ ẽ Achaiæ teſte Plinio libro quarto naturalis hiſtoriæ.

Briareus cũ.i.latino ſcribitur:fuit Titani & Terre filius:deoꝝ cõtẽptor:& maxie iouis:ut noſtri poetæ deſcribunt:quamq̃ aliter in iliade dicat Homerus: Heſiodus uero in theogõia ipſum cæli & terræ ſiliũ dixit:fratrẽq; Cotti & Gygis. Quoꝝ ſingulũ centum manus habere dixit.& capita quinquagita iuxta quod dixit Hora.in'odis: Nec ſi reſurgat centimanus Gyges Home.uero dixit Solem ipm centimanum eſſe.

Bryax cũ.y.græco ſcribit:dici p̃t latie ſulcus: & fuit nomen optimi ſcalptoris:de quo uidebimus i dictiõe mauſolus. Et cũ aliq̃do apd noſtros legeri ĩgntũo decliatũ bryſiadis puto ẽt briaſis dici poſſe.

Briſeis prima cũ.i.latino ab oĩbus græcis ſcribit: & ultia ſimiliter. Sed de prima an cũ.y.græco uel.i. latio ſcribi debeat:dubiũ facit Ouĩ auctoritas q̃ li. ii.de remediis ĩtroducit Attridẽ conſonãtem ſede bryſeide:quã poſtq̃ ex reſponſo Calchantis & ope Achillis Chryſeida patri reſtituit ĩ ſolatium rapti amoris ab Achille auferri iuſſit. Vnde apud Ouĩ. Atrides ait. Et ſi brima ſinat littera nomẽ idẽ q̃ſi dicere uelit q; ubi ẽ.b.ſi ponat.c. idẽ cũ Chryſeide nomen erit. Sed cũ Chryſeis oĩno cũ.y.græco ſcribatur:ſequi uidetur q; briſeis ſimili mõ ſcribenda ſit. Sed non ĩtellexit Ouĩ niſi in litterarũ numero. & ſono uocis. Nã alias cum ĩ Chryſeide ſit aſpiratio:& in briſeide eſſet:quod fieri non põt. Et fuit briſeis puella phrygia ex Lirneſſo ciuitate: ut in ea dictione uidebimus.

Bryſea cũ.y.græco &.e.abſq; diphtgõgo ſcribit: licet apud græcos ante ultimã ei diphthõgus habeatur:Ciuitas fuit Lacõiæ:ut dixit Porphyrius ĩ ſecũ dũ Iliados Homeri librum:cuius cũ ait gentile eſt briſeates. In hac eodẽ teſte bacchus præcipue colebatur:unde bryſeum dictum illum puto.

Bryſeus cũ.y.græco &.e.abſq; diphthõgo ſcribit: unum eſt ex cognominibus bacchi: dictum uel a briſea urbe:ĩ qua præcipue colebatur:ut uidimus in dictione præcedenti:uel ut quidam uolũt a uoce bacchantium:unde & βρυγμοσ ſtridorẽ apud nos deſignat.

Britãnia cũ.i.latio utrobiq; atq;.t.exili atq; duplicato.n.ſcribit:græci uero loco.i.ponẽtes.e.ac duplicãtes.t.brittãniã dicunt: qđ ĩ geminatione ipſius .t.nonnulli ex antiqs noſtris in proſa obſeruauere: unde ĩ triũphalibus. T. Plautii apud Tibur ſcriptũ habetur:Et comiti Claudii Cæſaris in brittannia duplici.t.& duplicato.n. Sed cũ prĩa breuis a poetis noſtris ponatur.cũ unico.t.iam ſcribenda uidetur:inſula eſt teſte Plinio lib.iiii.naturalis hiſtoriæ inter ſeptentrionẽ & occidentem ſita hoc eſt ab oĩ continente diuiſa. Nã a Germania:quæ ſeptentione eſt incipiens:iuxta Galliã & Hiſpaniam uerſus occidentẽ protenditur. Ideo ait Solinus. Finis erat orbis ora Gallici littoris:niſi britãnia inſula nomẽ pœne orbis alterius mereretur. Vnde ait Virgi. Et pœnitus toto diuiſos orbe britannos: Hæc quoq; Albina dicta prius fuit a quibuſdam alpis montibus:quĩ ad eã nauigãtibus prĩo apparent. Et ut nõ nulli ferũt a britone quadã rege britãnia poſtea appellata fuit. Porrigiturq; in Longum teſte Solino octingẽtis:& amplius milibus paſſuũ. Metiturq; uſq; ad calidõicũ angulum:ad quẽ appulſum Vlyxem ara:græcis litteris iſcriptum uotum manifeſtant. In hac tpe ſolſtitii æſtiui:hoc ẽ cũ ſol ĩtrat cãcrũ fiũt dies longiores q̃ ĩ Italia & noctes breuiores:& hoc tanto magis:quanto ad ſeptentionẽ ipſa plurimum porrigitur. Nã teſte Pli.lib.hiſto.natu. ſecundo:in Italia dies longiſſimus continet horas .xv. In britannia uero.xvii.ita ut breuiſſima nox noſtra nouẽ reſoluat horarum: & illorum ſeptẽ. Quare ait Iuuena.in ſecũda ſatyra: Et minima cõtentos nocte britannos.

Brixia cum.i.latio utrobiq; &.x. cõſonante ſcribit urbs eſt Galliæ ciſalpinæ a germanis tráſeuntibus

ad Italiã duce Ciconio cõdita:ut teſtaſ Liuius li.v. ab urbe quoꝙ lingua apud nos ſpeculã deſignat.

Bromius cũ.i.latio ſcribiſ:unũ eſt ex noibus Bacchi dictũ a βρομο:qđ ẽ cõſumo:eo q ut aiũt uinũ tẽperate ſumptũ oẽs ſupfluuitates cõſumit.& digeſtionẽ adiuuat:Intẽperate uero hũiditatẽ bonã deſiccat:& neruoꝙ hebetat uires:ſicꝙ tremulẽtos & effœctos igurgitatores redit. Alii βρωντη: qđ eſt tonitruum dictum uolunt: quia cum tonitru aduenïente ioue mater eſt illum aborſa.

Bronchus cũ.ch.aſpirato ſcribiſ: a noſtris dicitur guttur:& nonnunquam gutturis paſſio: quæ ex reumate deſcendit.

Brongus cũ.g.in.finali ſcribitur:fluuius eſt de quo uidimus in dictione anger.

Brontes cũ.t.exili ſcribitur:fuit unus ex ciclopibus miniſtris Vulcani:qui apud noſtros interprætari poteſt tõitrus.Nã βρωντη græce idem quod latine tonitru dicimus.Alter uero dictus fuit: Steropes:q apud noſtros interprætatur fulgur.Nã græce αςραπη latine fulgur dicitur.alius ãt Pyracmõ uocatur:quaſi ignita incus.Nam pyr quoꝙ ignis ẽ:& ακμον incus.Vnde Virgilius libro æneidos octauo:Bronteſque Steronpeſque:& nudus membra pyracmon.

Bruchus cum .ch.aſpirato ſcribitur: & a βρωχω: pro eſt rodo deducitur.

Bruma cum unico.m.ſcribitur:dicitur quaſi βραχῦ:ideſt breuis:υμορ dies.

Bruſa eũ unico.s.ſcribitur:ſed ubi nos cum.b.græci cum.p.ſcribitur:eſt urbs in Bithynia ab Hannibale teſte Plinio libro qnto naturalis hiſtoriæ ſub monte Olympo condita.

Bulchar cũ.ch.aſpirato ſcribiſ:fuit Siphacis Numidiæ regis præfectus:qui Maſaniſſam hoſtiliter p ſecutus eſt.

Buccentaurus cũ.c.&.t.ſimplicibus ſcribitur dictio eſt cõpoſita ex uoce bu:quæ magnũ qddam denũciat:& cẽtaurus:ut late uidebĩus ĩ dictiõe bulima.

Bubulcus cũ.c.ſimplici ſcribitur:& diciſ quaſi bubus cultor.Nam is teſte Paulo iuriſcõſulto de fundo inſtructo dicitur:ſiue qui bobus arat:ſiue q boues fundi aratorias paſcit.

Bucolicus abſqꝙ aliq̃ aſpiratione & unico.l. ſequente.i.latino ſcribiſ:dr a noſtris armẽtarius: ut Vir. libro georgicoꝝ.iii.Armẽtarius afer agit. Vnde teſte Donato ſup Virgilium:qui expoſitores Theocriti ſecutus ẽ:tria ſunt paſtoꝝ genera:q̃ dignitatẽ aliquam ĩ buccolicis habẽt.Minimi ſunt αιπολοι qui a noſtris caprarii dicũtur. paulo honoratiores ſunt ποιμενικοι:q apud nos ouiliones dicunt.Honeſtiſſimi ãt & maximi βοικολικοι dicunt q a noſtris armẽtarii appellãtur.A quibus tanq̃ ab excellentiſſimo paſtorum gradu:primũ ſuũ carmẽ Virgi.bucolicum appellauit:& teſte Macrobio ex affectu:quẽ ad linguã græcã habebat Virgi.græco magis uocabulo q̃ latino opera inſcripſit.Quod ſane carmen qualiter compertum fuerit uidebimus in dictione Daphnis.

Bucolion cũ unico.c.exili &.i.latio ſcribiſ:fuit maximus filioꝝ Laomedontis:dicẽte Home.li. ſexto ilia.βουκολιον Δηυτιοσ αγλαου Λαομεδοντ/ τοσ πρὶν Βυτατοσ. Hic teſte eodẽ Homero cũ oues paſceret:ex nympha noïe Abarbarea furtim filios procreauit Aeſapũ & Pædaſũ: quos Eurialus in bello troiano occidit.

Buccina cum duplicato.c. &.i.latino ſcribiſ a græco uocabulo deduciſ: Βουκκανις ηριον quod inſtrumẽtũ eſt:ſic quoꝙ aſonii ſimilitudine uocitatũ:quod ſane ſignũ datur ĩ hoſtes ad ſollicitudinẽ & pugnẽ Vir.lib.vii.ænei.Qua buccina ſignũ Dira dedit. Et li.xi.Bello dat ſignũ rauca cruentum buccina.Tuba uero ad plium cõcitabantur: ut At tuba terribilem ſonitũ procul ære canoro ĩcrepit. Huius ſonitus clangor ut Clangor ue tubarũ Buccinæ uero buccinum.

Bucephalus cum.c.exili &.e.abſqꝙ diphthongo ſcribitur:fuit equi Alexandri magni nomẽ: ſic quoꝙ cognominatus ob ſimilitudinẽ:quã in capite bubali detinebat.Vnde cõponiſ ex κεφαλη:qđ eſt caput: & βους bos:in cuius honorẽ Alexander bucephalã conſtruxit in India:ubi equus mortuus ẽ.

Bupini cum.i.latino ſcribitur:populi ſunt teſte Herodoto li.hiſt.iiii.ultra ſauromatas pinguẽ ſane:& omni ſiluarum genere opimã terra incolentes.At uero budĩ populi ſunt medorum.

Bulima cũ.i.latino ſcribiſ:dici põt quaſi magna fames:Nã cõponitur & bu uoce: q̃ cum admiratiõe apud antiquos noſtros magnũ quid indicabat: & λειμη fames.Vnde Varro in libris:quos de re ruſtica ſcripſit:a magnitudine ingt bouum:q in Italia erant cõſuetudinẽ factã fuiſſe:ut p̃poſita hac uoce bu magnũ quiddã ſemp denunciaret: inde dici bulimã magnã famem: & bupædes grandes pueros ſcilicet cũ.æ.diphthongo in penultima. Nam cũ.e.ſine diphthõgo ſignificat magnos pedes:& ſimiliter unã bumaminam:quã græci Βουμαδον uocant.Virg.lib.geor.ſecũdo: Et tumidis bumaſthe racemis:Et talia is ſimilia:quæ ſemp ad magnitudinis rationẽ pertinent: per quem modũ & bucentaurũ dicta putamus nauem quandam magnam:quæ cẽtauri ſigno annotabatur.Quod Virgilius elegãtiſſime illo uerſu expreſſit cum ait: Cẽtauro in uehitur magna.

Bumaſthos cũ.th.aſpirato ſcribiſ:dicitur a noſtris bumamma.Nã componitur ex uoce bu:quæ magnũ quid enunciat:& μασθοσ:quod eſt mamma: Nã uua magna eſt:quæ puellaꝝ mamma uidetur & a Virgilio bumaſthe græcæ enunciaſ: cũ ait lib. geor.ſecundo:Et tumidis bumaſthe racemis.

Bura cum.unico.r.ſcribitur:oppidũ ẽ achiuorum.

Buris cum unico.r.&.i.latino ſcribitur:dicitur cuuamentum aratri dictum: quaſi bouis ura.i.cauda cum ſit in ſimilitudinẽ caudæ bouis. Fuit etiã lacædemonii cuiuſdam nomen.

Burrhum cum duplici.r.& ſecũdo aſpirato ſcribiſ ſed græce cum.p.&.y.græco ĩ priaſcribiſ: hoc eſt pyrrhon quod iam ruſſum dicimus.

Buſiris cũ unico.s.&.i.latino utrobiqꝙ ſcribitur:fuit Neptũi filius ex Libia ſuſcæptus:& Aegyptii tyrannus:q cum ſuis diis hoſpites ĩmolaret:& ab eũ Hercules diuertiſſet:& ſimili perfidia qua cæteri tẽtaretur: regem ipſum aris impoſitum interfecit. Cuius itaqꝙ pfidii ritus cauſam poſuit Ouidius li-

bro primo de arte dicens.

Dicitur Aegyptus caruisse iuuantibus arua
Imbribus: atq; annos sicca fuisse nouem
Cum thrasius busiridis adit: monstratq; piari
Hospitis effuso sanguine posse iouem:
Illi busiris fies iouis hostia primus.

Inquit & Aegypto tu dabis hospes aquas Sane teste Seruio huius laudes Isocrates orator eximius elegãtissime scripsit. Ob q̃ Virgiliũ dixisse putant:

Quis aut Euristea dux: Aut illaudati nescit Busiridis aras: exponentes illaudati pro ualde laudati. Alii uero dicũt participiũ pro nomine positum: ac idem quod illaudabilis designare: ita ut si ab Isocrate laudatus fuerit: non fuerit dignus laudari.

Virgilius libro æneidos secundo:

Dites inaccessos ubi solis filia lucos.

Assiduo resonat cãtu: ideſt inaccessibiles lucos: quia periculosos accessu: cũ iam ad eos accessissent Vlyxis socii: & alii q̃ plures pro uarietate temporum. Fuit ẽt i Aegypto hoc eodem busiridis nomine & literatura urbs cognomiata: in qua teste Herodoto libro historiarũ prio templũ fuit isidis magnũ Hãc & ab eodẽ busiride cõditã scribit Diodorus Siculus libro historiarũ secũdo: & ab ægyptus solis urbem a græcis Thebas appellatam: ut uidebimus in dictione Thebæ.

Bussi cũ gemino. s. scribitur: populi sunt medorũ.

Butes cũ. t. exili scribitur: fuit filius Amici regis bebriciorũ: & pater Ericis: Est etiã eodẽ nomine scitharũ fluuius: cui ꝓpinq; sunt agathirsi & sarmatæ.

Butyrum cũ. t. exili & .y. græco scribitur: dicitur ꝓprie bouis caseus: Nã cõpõitur ex βους. quod bouem dicit: & τυρον caseum.

Butrotũ cũ. t. exili utrobiq; scribit̃: ubi in prima. y. græcũ in. u. nostrum cõuersum fuit: Nã apud illos bytrotum dicit̃: urbs fuit Chaoniæ: q̃ pars est alpestris epiri excelso in loco sita: dicente Virg. libro æneidos tertio: Et celsam butroti ascẽdimus urbẽ licet nõnulli more græco bitroti legeret uelint. In qua ut idẽ poeta ostendit troianus Helenus post Troiæ excidium regnauit: dicẽte ẽt Ouid. lib. metamor. xiii. Rura petũt Epiros ab his: regnataq; uati Bitrotos phrygio simulataq; troia teneret.

Buxus cũ. x. consonante apud græcos scribit̃: nostri uero plærũq; .x. i duoplicatũ. s. cõmutare cõsueuerũt: ac dicere bussus. Quĩ & ubi primam græci cũ .p. & .y. græco: Nos commutamus .p. i. b. & .y. græcũ in. u. nostrũ dicimus bussus. Et ẽ arbor ac lignũ. ex quo bussole fiunt: quãdoq; uero ex more græco bussolum a nostris pixis huius pixidis dicitur: ut Iuuenalis in secunda satyra. Et cõdita in pixide lide. Sane teste Seruio sup octauo æneidos dicitur hæc buxus & hoc buxũ: unde ut ait supfluo qdã arborẽ generis fœminini esse uolunt: lignum uero inciſum neutri cum eo loco etiã de ligno generis fœminini a Virgilio habeatur exemplũ cũ ait.

Tipana nos buxusq; uacat berecintia matris ideæ.

CAbalii cũ. c. exili: hoc est absq; aspiratione & unico. l. scribitur sunt teste Herodoto libro historiarũ tertio populi asiatici.

Cabrion cũ. c. exili & .i. latino scribit̃: fuit teste Homero libro octauo iliados frater Archeptolemi aurigæ Hectoris. In cuius mortui locum suffectus fuit. Apud nonnullos uero græcos dicit̃ Cabriones.

Chabrias cũ. ch. aspirato & .i. latino scribit̃: fuit athenien̄sis. & in summis ducibus habitus: resq; multas memoria dignas gessit: ut Plutarchus & Aemilius de illo rettulerũt. Nãq; illũ inter cætera castramentari: & bellicas artes summe nouissime ostendũt.

Cacabus absq; aliqua aspiratione scribit̃: uocabulũ græcũ est quod a sono nomen assumpsit: quem supra ignẽ positus facit: a nostris dr olla i qua pulmẽtarium coquitur. Paulus iurisconsultus defundo i structo: Cacabos inquit inter & æneũ: qđ supra focũ pendet nõ multũ interest. Hoc aqua ad potãdũ calefit: in illis pulmentarium coquitur.

Cacethos cũ. c. exili utrobiq; & .e. absq; diphthõgo atq; .th. aspirato scribitur: dici potest a nostris malus mos seu mala cõsuetudo: ut Iuuenalis i satyra: quæ incipit. Et spes & ratio inquit. Scribendi cacethos ægroq; in corde senescit. Nã cõponit̃ ex κακοσ: quod est malus: & εθος cum prima breui qđ est communis mos seu consuetudo: ut in dictione ethos uidebimus.

Cacephatõ cũ. c. utrobiq; & .t. exilibus: atq; .ph. aspirato scribitur: dici põt a nobis mala locutio uel cõsonãtia. Nã cõponit̃ ex κακη: qđ ẽ mala: & φατον locutio quã figurã tunc esse dixit Seruius sup primum æneidos: quando præpositionem cum littera .n. cõsequitur: ut Virgilius: Numerum cum nauibus æquat. Alii uero etiam addunt cum sequẽs dictio duas habet syllabas p̃cedentibus duabus cõsimiles. Cicero in epistolis: O fortunatã natam me consule Romam: quod sane inconcinne fieri deprehensum ẽ. Sed ut ait Iuuẽalis. Si sic oĩa dixisset Antoni gladios potuit contemnere.

Cecearia absq; aliqua aspiratiõe: sequẽs per .ch. aspiratũ scribit̃: & a uerbo græco qđ est κακαζομαι: ideſt solute rideo deducitur: Itaq; cachinnus solutus ẽ risus. Iuuenalis in satyra. Omnibus in terris. Sed facilis cui uis rigidi censura cachini.

Cacosynthecon cum .c. exili utrobiq; & antepenultima cũ .y. græco penultima uero cũ .th. aspirato & ultima cũ .c. exili scribitur: dici põt mala cõpositio. Nam componitur ex κακον: quod est malum: & synthetos compositum.

Cacus cũ. c. exili utrobiq; scribitur: dici potest a nostris malus: id. n. κακοσ apud græcos designat. sed apud illos habet accentum in fine: quem teste Seruio apud nostros mutat in penultima cum pro ꝓprio uiri nomine assumit̃. Virgilius lib. æneidos octauo eum dixit fuisse Vulcani filium: & ab Hercule iterfectum. Seruius uero dixit illũ fuisse Euãdri seruum ac furem. qui ideo ignem euomere dictus fuit: quia agros populabatur: quẽ ut ait soror sua eiusdẽ nominis prodidit: ex quo sacellũ ꝓ meruit: in quo ei per uirgines Vestæ sacrificabatur.

Cadytis penultima cũ .y. græco: & ultima cũ .t. exili

&.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ ſecūdo urbs palæſtinorum non molto minor q̄ Sardis.

Cadus cū.c.exili & unico.d.a noſtris ſcribitur: cum eius prima breuis ponatur:ut Virg.libro æneidos prima:Vna bonus:q̄ deinde cadis onerarat aceſtes quod nonnulli poetæ græci obſeruant:ſed cōmuniter cū duplicato.d.ab illis ſcribit.Alii uero magis latinum putant:& a cadēdo deriuari arbitrantur:ac eſſe uas acuti fundi:ita ut ſine adiutorio ſtare non poſſit.

Cæa cū.c.exili &.æ.diphthōgo ſcribitur: inſula eſt in ægæo mari ſita:a Cæo Titani filio eius primi īcole cognomīata:q pater fuit Latonæ & Aſteriæ. Seruius uero ſuper primum æneidos aliud ſentire uidetur:uidelicet Ariſteū filium Cirenes matris īſtinctu Thebas reliquiſſe:& hanc inſulam primitus habitaſſe:qua relicta cum Dædalo ad Sardiniam poſtea pertranſiuit.Ex ac teſte Plinio lib.ſecūdo naturalis hiſtoriæ amplius trecentoꝝ milium paſſuum ſubito abrupto hiatu cū pluribus mortalibus mare rapuit.

Cæcias cū.c.exili utrobiq̄ &.æ.diphthongo ī prīa atq̄.i.latino in penultima ſcribitur: uentus ē quē teſte Gellio Ariſtoteles ita flare dicit:ut nubes nō procul propellat:ſed ut ad ſe uocet.

Chære cū.ch.aſpirato &.æ.diphthōgo ſcribitur dicitur apud nos ſalue.Vnde Perſius. Quis expediuit pſitaco ſuū chære:ideſt ei cōſuetum & uſitatū diſci.ut Virg.ī Palæmone:ſua ſemp apud me Munera ſunt lauri:uel ſuū dixit:hoc eſt ita expreſſum ut naturale illi uideatur.Quemadmodū Virgilius libro georgicorum ſecundo. Quæque ſuo uiridi ſemper ſe gramine ueſtit.

Chærippus cū.ch.aſpirato &.æ.diphthongo atq̄.i. latino & duplicato.p.ſcribitur:nomen eſt proprium ſed cōpoſitum ex chære:quod eſt ſalue:& hippus equus.Iuuenalis in ſatyra Stemmata quid faciūt:Præconem chærippe tuis circunſpice pannis.

Cærete prīa cū.c.exili &.æ.diphthongo: ultima ſine aſpiratione ſcribit.Ciuitas fuit in Tuſcia: quæ prius Agilla dicebat.Sed ſic quoq̄ a romanis teſte Ser.ſuper octauo æneidos uocata:qa cum romani euntes per Tuſciam ſterrogarent agillinos q̄ diceret ciuitas:illi utpote græci quid audirent ignorātes & optimū ducentes ſi prius eos ſalutarent:dixerunt chærete:quod cū.ch.aſpirato &.æ. diphthongo ſcribitur:uidelicet chærete:hoc ē ſaluete. Quā ſalutationem romani nomen ciuitatis eſſe putauerunt:& detracta aſpiratione eam Cærete nominauerūt:ut teſtis eſt Iginus in urbibus italicis.Et declinat ſecundū aliquos hoc Cærete huius Cæretis Liuius tamen libro primo ab urbe hoc cære huius cæretis:& nomen patriū hic & hæc cereshuius cæretis Virg.libro octauo æneidos:Eſt ingens gelidum lucus prope cæretis amnem:q teſte Seruio Nimio dicitur:ut idem libro decimo.

Qui cærete domo:q ſunt minionis ī aruis de quo etiam Priſcianus in quarto nonnulla dixit.

Chærea cū.ch.aſpirato &.æ. diphthongo in prima ſcribitur:nomen eſt propriū : quod apud græcos hēt ī fine.s.litterā:quā noſtri abiiciūt.Nā ſcribitur apudillos:χαιρέας:idq̄ ī multis fieri cōſueuit.

Cærephon cū.ph aſpirato &.æ.diphthōgo ī prima ſcribit:fuit Socratis diſcipulus:& ab eo libidinoſe amatus:ut illi ſpinxit Ariſtophānes in comœdia: q̄ cōtra Socratem ſcripſit:cuius titulus eſt νεφελαι.

Cæculus cū.æ.diphthongo &.c.exili ſcribitur: non deſcendit a græco ſed latino:fuitq̄ Vulcāi filius de quo late uidebimus in dictione Præneſte.

Cæcuba cū.c.exili utrobiq̄ &.æ.diphthongo ī prima ſcribit.Quidā latinū putant:& ab eo qđ ē cæcum deriuari cōtendunt.Ita ut uina ſint antiquiſſima:q̄ cæco in loco diu cōdita fuerint. Ego uero & ſi uini genus eſſe dicā:nomē tamen aſſumpſiſſe a loco græco cæcubū uinū cōperi.Nā ait Pli.li. naturalis hiſto.quarto cum de cāpania tractat: Hinc ſe tini & cæcubi obtendunt agri.His iūgunt phalerni calœni:deide iungunt maſſici gaurani ſurrhentiniq̄ montes:de quibus in dictione ſurrhentū late uidebimus:ideo dixit Horatius lib.ii. ſermonū cæcuba uina ferens alchō chium maris expers. Et Martialis ī epigrāmatibus:cecuba fundanis generoſa coquuntur amicis:Vitis & in medio nata palude uiret.Et alibi:Dormiat & tecū q cū modo cecuba miſcet:Cōuiuas roſeo torſerat ore puer.

Cæix cū.c.exili &.æ.diphthongo atq̄.y.græco ſcribitur:fuit rex Trachīæ Luciferi filius:& frater Dedalionis:habuitq̄ uxorē formoſiſſimā Halcionē Neptuni filiā mutuo ſibi amore deuictiſſimam. Hic cū ad Apollinem clariū cōſulturus de ſtatu regni prexiſſet:tempeſtate abſortus ē:cuius cadauer cū a mari ad litus deiectum fuiſſe:& illud uxor cō ſpiceret:dolore correpta in pelagus ſe p̄cipitem dedit.Sed Neptuni miſeratione & Thetidis ambo ī halcyones marinas aues conuerſi ſunt:ut oſtendit Ouidius lib.xi.metamorphoſeos de quibus in dictione halcyones uidebimus.

Cæra cū.æ.diphthongo teſte Apuleio grāmatico a nr̄is ſcribi cōſueuit.Nā licet a græco:qđ eſt κηνος traducat:& ſecūdum regulā illud.n.in noſtrū.e.p ductū abſq̄ diphthōgo trāferri cōſueuerit:tamen qa ap̄ nos ē ipſius.e.p ducti a correptio ī figura diſcrectio:placuit ipſo Apuleio teſte in aliquibus dictionibus p diphthongū:hoc ipſum decreuiſſe:ut in dictione æthica:& uidebimus ī dictione ſcæna. Alii uero cærā latinū putauerūt:ut in dictiōe diphthongo uidebimus.

Cæroma cū.æ.diphthōgo ſimiliter poſſe ſcribi uī quia a cæra deſcendit illudq̄ p unguēto accipius ut Iuuenalis in ſecunda ſatyra.Et cæromatico fert niciteria collo.

Cæſæna cū.æ.diphthōgo ī prima & ſecūda a græcis ſcribit:urbs ī Gallia ciſalpina.

Cæſtus cū.c.exili &.æ. diphthongo atq̄.t. ſimplici ſcribit:nō ē dictio græca:ut qdā putauerūt:ſed latina a cædēdo đducta:arma ſūt pugilū. Et huius cæſtus ī genitiuo declinat:ſed nōnunq̄ ſine diphthōgo cæſtus ſecūde declinatiōis cōpit:& græcū a nōnullis credit ſignificatq̄ Veneris cingulum : quo uxor cū maritalis illi fides dabat.a.marito cīgi cō ſueuerat dicēte phyllide apud Ouidiū in ſecunda epiſtolarum heroidum ad Demophoonta.

Cui mea uirginitas auibus libata ſiniſtris:

Caſtaq; fallaci zona recincta manu.
Quod ſane cingulū teſte Seruio ſuper quito ænei/dos balteus dicitur. Quod uocabulū ut ait non tā/tum quo cingimur: ſed etiam a quo arma depen/dent indicat: & numero tantum ſingulari eſt gene ris maſculini. Iuuēalis ī ultima ſatyra. Aſt illi quos arma tegunt: & balteus ambit: ī numero uero plu rali neutri tātū generis ut idem Iuue. Quotiēs ru/moribus ulciſcunt baltea.

Caitus cū. c. exili utrobiq; &. i. latino ſcribit. Fluuius eſt phrigiæ teſte Liuio in ſexto de bello macedoni co ueniēs a Miſia: ut Plinius ipſe rettulit libro ſex/to natura. hiſto. Vnde Virgilius libro georgicorū quarto: Miſſuſq; calcus. Quī & prouinciam Teu/traniā irrigat & antiquū credit mutaſſe curſum di cēte Ouidio lib. xv. meta. Emiſſum capitiſq; ſui ri pæq; prioris Pœnituiſſe ferunt: alios nūc ire caicū. Fuit etiam nomē uiri troiani ſocii Aeneæ.

Cayſter abſq; aliqua aſpiratiōe &. y. græco ſcribit. Fluuius ē Aſiæ ī cilbiāis iugis ortus: ut dixit Plini. li. v. natura. hiſt. qui multos annes deferens: & ſta/gnū pſageū: q; pyrrhithes amni expellit. Et p̄ter aſiā paludē labens: ſub pionio monte Epheſum al luit: unde Virgilius libro geor. primo ait: Iam ua/rias pelagi uolucres: & quæ aſia circū Dulcibus in pratis rimantur prata cayſtri. Homerus ſimiliter li. iliados ſecundo: σ. παραγει Δετελεῖ. μογαςίωεν/Δει. πωνικ. αυςριου αμφιρεεφρα.

Calais cū. c. exili & unico. l. ſequēte. a. atq; i. latīo ī ul/tima ſcribit: fuit Zeti frater & filius boreæ ex Ori thya ut uidebimus in dictione Zetus.

Calamus cū. c. exili & unico. l. ſcribitur: eſt harundo magis minuta habēs inter nodia lōga & recta. Ex qua ſagittæ apud diuerſas gētes fiebāt: qđ Vir. te/tigit in Damœta: cū ait Cum daphnidis arcū fregi ſti & calamos ideſt ſagittas. Nā teſte Plinio li. xvi. naturalis hiſtoriæ calamis populi orientis bella cō ficiunt: & ſpicula illis addunt irreuocabili hamo. Et cum fere totum orientē & ſeptentrionem cala/mis ſupatos oſtēderit ſubdit p̄cipuus hic uſus hic in creta bellatores ſuos p̄cipitauit. Sed ī hoc quoq; ut in cæteris rebus uicit Italia quādo nullus ſagit/tis aptior calamus quē in rheno bononienſi amne cui plurima ineſt medula pōduſq; uolucre. Et con tra flatus quoq; puicax. Et ſubdit libris quoq; nō eadē gra. Nā ut ſupra paululū dixerat chartis ſer/uiūt calāi maxie ægyptii. luxta cuius ſniam Mar/tialis ait ī epigrāmatibus. Dat chartis calamos ha/biles mēphitica tellus. Texāt reliq; tecta palude ti/bi. Sed cōtra hūc pgere uī Pli. cū ait. Probatores tū cnidi: & q ī aſia circa auēticū lacū naſcunt: noſtrati bus fungoſior ſubeſt natura cartilagie bibula fiſſi lis: & p̄acuta ſemp acie geniculata: cæteq; gracili/tas nodiſq; aſtricta leui faſtigio tenuat in acumina craſſiora. Et ifra ſubdit calamus uero alius totus cōcauus eſt quē ſyrigā uocant utiliſſimus fiſtulis quoniā nihil ē ret cartilaginis atq; carnis & conti nuo foramine peruiū hæc ille de quo Virgilius in bucolico locutus uidetur cum ait. Nec calamis ſo/lum æquiperas: ſed uoce magiſtrū. Similiter idem Plinius libro. xii. eiuſdem uoluminis prius dixe/rat calamos & iūcos odoratos ī: Arabia naſci India/que & Syria: quibus ī unguētis uſos fuiſſe ipſe idē ī ſequēti libro oſtēdit & calamo calamarium p̄/ficiſcitur. qđ quidam uſurpant pro theca: calama/ria inqua calami recondunt. ſed quia hoc tpe plæ rīq; penna ſcribunt: poteſt etiam dici pēnarium.

Calendæ cū. c. exili & unico. l. ſcribit nec illorū ad mitēda ī cōſuetudo uel ratio quæ per. k græcā lit/teram dictionem illam uel aliam quauis ſcribē/dam contendunt: ut ſupra oſtendimus. & dicūtur calendæ a βρυω quod apud nos eſt uoco: quia ſo/lebat Romæ minor pontifex noua conſpecta lūa plæbem uocare: ut audiret quot dies a calendis ad nonas ſupeſſent: Hinc teſte Macrob. libro ſaturna liū primo. Et ipſi curiæ ad quā uocabātur calabre nomen datum eſt: & claſſi q; omnis in eam popu lus uocaretur. Qua de re teſte Gellio libro ſeptio noctiū atticarū claſſici dicebātur p̄iæ tantū claſ/ſis homines qui centum & uigintiquinque milia æris ampliuſue cenſi erat. Infra claſſem autem appellabant ſecūdæ claſſis cæterarūq; omniū claſ/ſiū: qui minore ſumma æris: q; ſupra dixi cenſebā/tur. Vnde & claſſicū deductū dicit quod teſte Ser uio ſup ſeptimo æneidos & turbā ipſā & ſonū in dicat. Virgi. Claſſica iamq; ſonant: quæ ſane flexi/bilis tuba eſt: ut uidebimus ī dictione claſſica. Alii uero dictam uolunt claſſem a cale: hoc eſt a fuſte. quia nauis quæ aliquando claſſis dicebatur: de fu ſtibus fiebat: Nam de cala ſquit lucilius. Scinde ca/lam ut caleas ideſt o puer frāge fuſtem: & fac focū de claſſe inqt Horatius: Me uel extremos numida rum in agros Claſſe releget cum de una loquæret nauī. & Vir. lib. ænei. vi. Lyciæ ductorē claſſis Ho/rontē: ubi ait Seruius apertū exemplū claſſem eti am dici unā nauē & hoc qa unius ſolius nauis Ho/rentes ductor fuit: erantq; calēdæ Iunoni ſacræ di/cente Ouī. li. faſtoq; primo: Vendicat auſonias iu/nonis cura calendas & inde calatores cum unico. l. & .t. non aſpirato dicti ſunt ſerui: qui ſemp uocari poſſent ob neceſſitatē ſeruitutis. ut teſtis eſt feſtus Quin & cōciliū a cōcalando: ideſt conuocando di/ctū qdā putant p̄calare ſimiliter p̄uocare dī ipſo feſto teſte. Et eodē modo calūniam: & calones ex illo dicta uoluit. Sane teſte Paulo iuriſconſulto de uerboq; ſignificatiōe ante diē decimū calēdarum: & poſt diē decimū calendarū atq; utroq; ſermo/ne undecimus dies ſignificatur. Similiter Petrōio grāmatico teſte ītra calēdas id fieri dī: qđ non ante calēdas: ideſt eo ipſo die: quo calēdæ ſunt agebat. At Gellius circa finē libri duodecimi noctiū attica rū poſt lōgā rei huius diſputationē tādē cōcludit: & ante calēdas & in ipſis calendis iure fieri poſſe.

Calathus cū. c. exili & unico. l. atq; th. aſpirato ſcri/bit: dī a q̄buſdam ex noſtris qualus & diminuti/uum quaſſilus. ab aliquibus fiſcella: iuxta q̄s ſigni/ficatiōes ait Virgi. in alexi. Tibi lilia plenis Ecce fe/rūt nymphæ calathis. Aliquando uero & p̄ calici/bus ad ſacrificium aptis poſuit idē cū ait ī Daphni/de. Vina nouum fundam calathis aruiſia nectar.

Calabrya cū. c. exili & unico. l. atq; y. græco ſcribit: pars ē italiæ poſt lucaniam a græcis ſic cognomia/ta: quia bonis oībus ſcatet. Nā cōponit ex καλα q; dicit bona & βρυω: quod eſt ſcaturio. Et idē hic

calaber & hæc calabra & hoc calabrum deriuatur Ouid. libro tertio de arte.

Ennius emeruit calabrys in montibus hortos.
Contiguos pene Scipio magne tibi.

Calchas prima cū .c. exili sequens cum .ch. aspirato scribitur fuit Testoris troiani filius: ut testis est Ditius auger maxius q cū circa initia belli a troiāis ad Apollinē delphicum cū muneribus mitteretur & responsum habuerit: ut dimissis troianis græcoꝝ sequæretur fœlicitatem ab illis grauissime recæptus est: cuius sane interitum in dictione grynæū nemus uidebimus.

Calydne cū .c. exili & unico .l. atq; .y. græco scribitur īsulæ sunt q̄dam paruæ ex cycladibus de quibus Homerus lib. iii. iliados meminit.

Calisto cū .c. & .t. exilibus & unico .l. atq; .i. latīo scribitur: fuit Lycaōis arcadiæ regis filia: ut dixit Hesiodus: q̄ post pulsum patrē a regno: Dianā secura est. Sed ut narrat Oui. lib. metamor. secundo cum Iuppiter illā conspiceret: & amaret: accæpta Diānæ forma ad illā perrexit: quā compressit & grauidauit. Ex qua ortus ē archas: a quo arcadia ꝓuincia cognominata est. Sed a Iunone crinibus cōprahēsa: & ī diuersum distracta: ī ursam cōuertit: quā cū filius Arcas uenator effectus: sese cōspicientē matrē ursam ac fixe ītuētē forte compissēt: rei insciꝰ sagitta illam impetere satagebat. Quibus Iuppiter miseratus: ambos: ī cælū traxit: & iuxta borealem polum locauit. Quod Iuno ægre ferens. Tethym Oceāi uxorē suāꝝ nutricē adiens ab illa ꝑpetrauit: ne Calistonem in oceano lauare ꝑmitteret. Quare cū cætera signa occidāt: & ī oceano se lauare dicātur: solū ursæ signū nunq̄ occidit dicēte Virgi. primo Arctos oceani metuētes æquore tīgi. Sed cū in terris ursa eēt: & Mænalū Erymāthum. Arcadiæ mōtes incoleret. Mænalis ipsa & Erymātis a poetis dr. Ouid. lib. v. de tristibus.

Quæ nūc ſuppoſitum ſtellis erymanthidos urſæ
iūcta tenet crudis ſarmatis ora getis.

Et prius lib. quarto dixerat: Cumq; suo borea mænalis ursa uidet. Verum hæc ipsa ex græcis nonnulli in Nonacri Arcadiæ monte gesta narrarunt.

Calipolis cum .c. exili non geminato .l. atq; .i. latino utrobiq; scribit: urbs est Thraciæ ī extremo Hellesponti a .C. Calicula cognominata: a quo nomē assumpsit: hoc est Caliculæ polis idest ciuitas. Caliculā uero a caligis: quas margaritis refertas prius portauit: nomē assumpsisse dicitur.

Calinus cū .c. exili & unico .l. atq; .i. latino scribitur fuit statuarius: de quo Quintilianus meminit.

Calon cū .c. exili & unico .l. scribitur fuit teste Quintiliano uir statuarius.

Calydonia cū .c. exili & unico .l. atq; .y. græco ī secunda scribitur: ciuitas fuit Aetoliæ. & regia Oenei patris Meleagri: a quo locus circunstans eodem nomine cognominatus fuit & penultimā corripit.

Calypso cū .c. exili & unico .l. atq; .y. græco scribit fuit teste Hesio. in theogonia nympha Oceani & thetyos filia. Homerus uero siue eandē: siue aliā dixit li. vii. odasseæ fuisse Atlantis filiā: cū ait: ἐγὼ μὲν ατλαντος θυγατηρ δολοέσσα καλυψώ. Hæc īsulam de suo noīe cognomiatam tenuit ī ionico mari sitā propiquā lacinio promōtorio: ut sentire uī Pli. li. iii. na. histo. alii uero dicūt in mari aphrico ferre ex opposito ad maiores syrtes: quā prius dictā Orgyam a rege: q ī illa regnauerat fuerūt. Et ī hoc cū Plinio forte cōueniunt: qa mare aphrycū ionio est conterminū ad hanc ut dixit Home. Vlyxes cum desceſſiſſet a circe. naufragus puēit. Et qa alter fuit alterius amore detentus septē annus cū illa morā traxit. a qua magna cū difficultates discedere ualuit dicente Oui. li. iii. de arte. Nō formosus erat: sed erat facundus ulyxes. tamen æquoreas torsit amore deas.

Calix cū .c. exili & unico .l. atq; .i. latino scribit græce uero dr κυλιξ genus est poculi de quo ait Macro. li. saturna. una lra cōmutata: uidelicet .u. græcum in .a. dicitur apud nostros calix.

Calyx cū .y. græco ī ultīa: folliculū ē quo fructus arboꝝ coopit deductū a καλυπτω qd' est coopio.

Callicratidas absq; ulla aspiratiōe & duplicato .l. atque .i. latino scribit nomen est uiri proprium.

Callimachus prima cū .c. exili sequente duplicato .l. & .i. latino atq; .ch. aspirato ī ultima scribit fuit nomen plurium sed præcipuus fuit teste Solino poeta cyrenēsis: Alter fuit historicus ægyptius: de quo uidimus in dictione Osiris.

Demoſthenes cũ.th.aſpirato ſcribit: cuius uocabuli cõpoſitionẽ in ante habitis explicauimus.Nã ex δῆμος q ẽ populus:& σθένος robur cõponit q̃ſi robur populi:fuit oĩum græciæ orator. p̃ceps. cuius:ita Leonardus Aretinus cõterraneus meus ex græcis ad latinos tranſtulit.Et auctoritate Hermippi oſtẽdit patrẽ in officina gladiorum fuiſſe. Vnde teſte Iuuena.in ſatyra: Omnibus in terris. Præter Demoſthenẽ ardẽtis maſſæ fuligie lippus A carbone & forcipibus gladioſq; parante ĩcude: & Luteo Vulcano ad rethora miſit:quod ultimũ nõ plene cum his q̃ Leonardus noſter ſcripſit cõcordare uidet:quũ longe poſt mortẽ patris hoc ſibi aſumpſiſſe officiũ referat:Sed q̃ id ſit teſte Iuuenale Sæuus & illũ exitus eripui. Nã fractus patriæ rebus:ne ueniret ĩ manus ſtulti populi ſæuiẽtis:ſe ueneno affecit inter ſatellites: Neqbat enim patriæ ferre ſalutẽ ut ſolebat.

Demodocus cũ.c.exili ſcribit:fuit citharœdus:quẽ Home.li.odiſſeæ.viii.inducit cõuiuio Alcino regis Phæacũ:in quo Vlyxem excepit citharã pulſare & una canere ut ſimiliter apud.Virgiliũ in conuiuio Didonis:Cithara crinitus iopas p̃ſonat aurata.Vnde ĩquit Alcinous in conuiuio apud Ho. Καλεσσ᾽ ἀοιδὸν θεῖον ἀοιδὸν δημοδοκον:hoc eſt uocate diuinũ cantatorẽ Demodocũ. Cecinitque ut late p̃ſequit idem Homerus Veneris Martiſq;

dolos:& dulcia furta: & cõponit Demodocus ex Δημος qui est populus & Δοκιζω æstimatio:quasi populi æstimatio diceretur.

Democoon cum.c.exili sequente duplicato.o.i pleno noie hoc est absq; synaresi scribit fuit teste Ho.lib. iiii.iliad.nothus Priãi filius:q uelocissimos patris equos apud Abydum custodiebat:hunc Vlixes in bello interemit.

Demophoon sequente.o.duplicato i pleo:hoc ẽ absq; synaresi noie scribit:habetq; accentum acutũ i penultima:quia naturã græcã in declinatione græca etiam apud nostros conseruat: ut late uidebimus i dictiõe Prosedia.Sane per synæresim illa duo.o. quoꝝ primũ est breue.ultimum uero longum in unum.o.longum:tam apud græcos q̃ nostros cõuertuntur:ut dicit Demophon:ubi habet accẽtũ circũfluxum in ultima.Fuit teste Iustino libro secũdo Thesei ex Phædera coniuge filius hacum Antigono fratre auxilia græcis contra troianos tulit Tandem ilio deruto dũ ad patriã rediret tẽpestate furente in Thraciam delatus ẽ:ubi a Phyllide Lycurgi regis filia nõ tantũ regno:sed hospitio & lecto receptus est.Et quũ aliquam diu cũ ea stetisset: audito de fratre Menestheo Athenarum rege q̃ agitatus procellis ad Melos ĩsulã deuenisset: ibiq; diem claudisset extremũ:impetrata uel breue tempus licentia a phyllide:& ab eadẽ instauratis nauibus Athenas rediit.Vbi rex effectus: cũ teste Ouid. ultra ꝓmissum tẽpus tardaret & phyllis amoris furẽtis impatiens laqueo se suspendit:& in siccam amigdalũ cõuersa fuit:quæ quũ post Demophontis reditũ ab illo amplexaret folia emisit:q̃ deinde ab illa cognominata sunt phylla:quũ teste Seruio petalia prius dicerentur.

Deus cũ.e.absq; diphthõgo scribit ut oẽs asserunt a uerbo græco descẽdit.Sed quidam dicunt a θεῶ qđ ẽ uideo & speculor deriuari. Alii uero a δεος timor.eo q̃ oibus sit timẽdus.Vnde ait Statius:prius ĩ orbe deos fecit timor.Itaq; Saturnus quum potẽtissimus rex esset:ad retinẽdã parentum suorum memoriam eorum nomina cœlo terræq; indidit. Quare patrẽ dixit ουρανον:qđ cœlum latine ĩdicat Matrem uero γαιαν:quæ terra dicitur:& Vesta interpretatur:eo q̃ rebus oibus uestiatur:ut quibusdã placet:seu quia ui sua stat: ut dixit Ouidius libro fastorum sexto:ubi ait:Stat ui terra sua ui stando Vesta uocatur.Fuit etiam alia Vesta uirgo perpetua:cui uestales uirgines sacrificabãt:& Vestæ præfatæ neptis:hoc ẽ Saturni filia ex Ope:ut late ostẽdit Ouid.li.fastorum sexto:ubi tandem de hac concludens dixit.

Nec tu aliud uestẽ: quã uiuã intellige flammam
Nataq; de flãma corpora nulla uides.
Iure ergo uirgo est q̃ sæmina nulla remittit.
Nec capit:& comites uirginitatis habet.

Saturnus uero a nobis ẽ appellatus:qa saturet annis:ut refert Balbus apũd Cice.li.ii.de nat.deorum. A græcis uero cronus dicit:qđ apud nos tps designat:ut supra in ea dictiõe uidimus. Nã quũ Celi filius dictus fuerit:fingebãt poetæ natos suos oẽs deuorasse solitũ quã fictione ostendere uoluerunt oĩa ipso tpe cõsumi:& annis ĩsaturabiliter expleri. Oĩa ergo uertunt:ut dixit Propertius.Et thæbeæ steterãt altaq; troia fuit.Nec semper barbã memphys pyramidũ miraculis gloriabitur. Sed aliquã do annorum serie peribunt.Quam sniam Ouidi. elegãtissime expressit quum ait.

Tempus edax rerum:tuq; inuidiosa uetustas.
Oĩa destruitis uitiataq; dentibus æui.
Paulatim nigra consumitis oĩa morte.

Saturni uxor dicta fuit a græcis Rhea a ῥεω qđ est fluo:quũ deorum multitudo ab ipsa fluxerit. A latinis uero dr Ops:ut in ea dictiõe uidebĩus: ex hac filius natus Iuppiter a nobis dicit:quasi iuuãs pater a græcis uero ζεος:a uerbo ζαω:quod est deducũ:quia ut aiebãt uitæ dator erat: & ide Zenobius quasi ηυος βιοσ.i.Iouis uita:uel ẽt beatitudo: nã utrũq; βιος designat:sed teste Balbo in ꝓfato lib.cõuersis casibus Iouẽ a iuuando appellamus.A poetis uero pater diuũ atq; hominũ dicitur a maioribus autem nostris optimus maximusq;:hunc ẽt antiqui nõnunq̃ ætera dixerunt: ut Euripides cuius.li.latine ad poetæ sententiam traduci uersicu li possunt.

Vides sublime ĩmoderatum ætera.
Qui terram tenero circũuentu amplectitur.

Hũc summũ habeo diuũ:hunc perhibeto Iouem.

Eius soror & cõiũx fuitq; ut refert Ci.ẽt a iuuãdo nominata creditur.Nã græce ηρα dicitur.

Vnde nos heram dicimus:hoc ẽ dominã:hãc stoici ꝓ aere sumũt eo q̃ similitudinẽ habeat cũ ætere:& coniũctionẽ magnã cum eo quod Virgeon li.iii.tetigit cũ ait.

Tum pater oipotens fœcundis imbribus æther.
Coniugis in gremium lætæ descẽdit:& oẽs.
Magnus alit magno cõmixto corpore fœtus.

Ex Iouis uero fratribus unus fuit Neptunus quẽ idẽ Balbus apd Ciceronẽ ꝓfato li.a nando paulum primis litteris imutatis dictũ asserit:is græce ποσιδων noiat:quẽ a ποσις:qđ ẽ potus cognomiatũ dicũt:eo q̃ oibus potũ exhibeat.Alter fuit Iouis fr dictus ab illis Pluto a nobis uero hic Dis: & hic Ditis:qa ut ait Balbus terræna quæq; uis aut natura dat pri dedicata ẽ:eo q̃ diuitiæ oẽs e terris oriunt:& ĩ terras recidũt.Nã πλουτος græce latine diuitiæ dr Quin.uero in pri. de institutione oratoria a cõtrario iterpretat:qa minime diues ẽ. At Plutõi Proserpinã poetæ cõiũgũt qđ uocabulũ ex græco περσεφονη trãslatũ est:quã ut ait Balbus:frugũ sæmẽ esse uolunt:absq; cõditãq; quæri a matre fingũt q̃ latie dicta ẽ Ceres:quasi gerẽs hoc ẽ agerẽdis frugibus appellata:pria scilicet lra imutata:ut idẽ rettulit Balbus:Vnde a græcis dicit δημητρα:quasi γημητρα hoc est terræ mater. At uero Seruius super pri.geor.Cererẽ a creando dictam uoluit.Vnde alma Ceres dicitur qa nos alit: hæc fuit Iouis soror:quæ quũ illi placeret Proserpinam ex eo peperit.Ex Ioue uero & iunõe:ut quidam uolũt natus est Mars: Alii uero ex sola Iunone:ut Ouid.li.fast.quinto.At Mars per epenthesim mauors dicit:sic quoq; teste Balbo latine dictus quia magna sic uertens:nam is græce αρης nominatur ab αιρω:quod est occido deductũ. Ex Iouis

φοιβον ↄ solem apollinem

uero capite Minerua naſcitur quæ ſic quoq; latine appellatur:quaſi uim minetur:uel a minuēdo: ut in ea dictiōe late uidebimus. Nā græce αθηνα: uocatur. Sane Iouis & Latinæ filii fuerunt Apollo & Diana. Apollo quidem græcum eſt uocabulum: quem ille etiam φοιβον:hoc eſt ſolem appellant. Et Diana ſimiliter: quaſi Iouis filia nuncupatur: quæ etiam alio noīe ab illis αρτεμις dī: quam & lunam putant:eo q; noctu luceat. Nam ut ait Balbus ſol dictus eſt q; ſolus ex oībus ſyderibus eſt tātum:uel quia quum eſt ortus obſcuritis oībus aliis ſolus appareat: dicit q; græce ιλιος. Lunā uero a lucēdo dictam uoluit q; græce σελήνη nuncupatur. Eandem eſſe Lucinam dicunt. Itaq; ut q; apud græcos Diana a nobis Lucifera:& Iuno Lucina dicatur:quam ſane in pariēdo inuocant. Vnde Vir. in pollione Caſta fauе lucina tuus iā regnat Apollo:& Cicero Timæū quendā refert q cū hiſtoria dixiſſet:qua nocte natus Alexander eſſet:eadē Epheſiæ Dianæ templū deflagrauiſſe:adiunxit id minime eſſe mirandū qd' Diana cū in partu Olympiadis adeſſe uoluiſſet abfuiſſet domo. Nāq; ob hoc teſte Seruio ſup tertio æneidos tūc quoq; a parturientibus inuocabat:quia primum nata parturiēti mīi Apollinē obſtetricis officiū exercuiſſe dicebat. Alia fuit dea Iouis filia latine Venus teſte Balbo appellata:quia ad res oēs ueniret. At ex ea potius uenuſtas q; Venus ex uēuſtate dici uoluit: Et cū deus deaq; & deabus auctoribus noſtris dicat. Diuus diua diuabus non dicit. Quod in quibuſdam aliis contigit. Nā dicitur filius filia filiabus:& non priuignus priuigna priuignabus:natus nata natabus:& nō genitus genita genitabus: ꝓ ut Valla dixit:licet Priſcianus dubitet utrum natabus a bōis auctoribus cōperiatur:equus equa equabus: mulus mula mulabus: & non aſinus aſina aſinabus: nec iuuencus iuuenca iuuencabus: non ceruabus: nec lupabus:nō libertabus:nō patronabus: nō cōcubiabus:nō pediſſeq̄bus:nō ſeruabus:nō famulabus:nō dominabus: nō ét animabus. Tā & ſi exposterioribus quidam his duabus ultimis utuntur Cicero tamē ad uxorē & filiā ſcribens duabus animis ſuis dixit non aiabus. Et curtius de matre: & uxore Alexandri dominis & nō domiabus dixit. Quare dominabus & animabus magis ꝓ licētiā q; recto mō loquendi quoſdam uſos fuiſſe Laurentius meus Vallenſis putat in elegantiis ad me miſſis:quēadmodū & nōnulli ueteres dextrabus dixerūt ꝓ dextris:& eabus pro eis. Sed de recte loquēdi uſu magis q; ab uſu tetigimus.

Dexithea cū .i. latino &.th. aſpirato ſcribit fuit teſte Plutarcho in uita Romuli Phorbantis filia.

Diabus cū .i. latino & unico .b. ſcribit: q̄q̄ a uerbo cū duplici .b. ſcripto deriuetur:uidelicet a διαβαλλω qd' ē criminor:unde diabolus græce latine criminator dicit & cōponit διαβαλλο ex δια præpoſitione quæ pro dicit:& βαλλω iacio.

Diadema cū .i. latino ſcribit:habetq; apud noſtros accētū in penultima:apud græcos uero in ante penultima ut in diuerſis aliis contingit.

Diæreſis pria cū .i. latino:& ſequēs cū .æ. diphthōgo ſcribit dici pōt a noſtris diuiſio:unde figura tunc

diabolꝫ a διαβαλλω ↄ criminor

quādā dicit:quū una ſyllaba ī duas diuidit. Ouid. lib. metamor. pri. Terria poſt illam ſucceſſit ænea ples:ubi &.a.&.e. diphthongus diuidit. Horati. diuerſq; deducūt ioué nūc mare nūc ſiluæ: ubi ſiluæ teſte priſciano triſſyllabū eſt in ſcāſione Vir. ſimiliter libro æneid. tertio: Aulai i medio libabāt pocula bacchi:ubi.a.&.i. diphthōgus græca diuidit.

Diæta cū .i. latino &.æ. atq; .t. exili ſcribitur.

Diagoras cū .i. latio ſcribitur: fuit philoſophus cognomīatus atheos. i. negans deos:ut in ea dictione uidimus. Nam teſte Cice. li. iii. de na. deoꝝ cū Samothraciam uenīſſet: atq; ei quidā amicus dixiſſet:tu qui deos putas humana negligere:nōne aduertis ex tot tabulis pictis q; multi uotis uī tempeſtatis effugerīt:in portumq; ſalui peruenerit: Itaq; fit inquit. Illi enim nūq; picti ſunt qui naufragia tecerunt in mariq; perierunt.

Dialectica cū .c. ante .t. abſq; aliq̄ aſpiratiōe atq; .l. latio ſcribi:dici pōt a nobis diſputatrix. Nam a διαλεγομαι deriuat:qd' ē diſputo unde ēt dialogus. dialegome uero a δια ꝓpoſitiōe: quæ dicit per & λεγομαι:quod eſt ſermocinor. quia ꝓ ſermocinatiōnē diſputatio ipſa proſequitur. διαλεγομαι

Dialogus cū .i. latio & unico .l. ſcribit: dici pōt a nobis diſputatio:unde a δια qd' & ꝓ & λογος ſermociatio:q̄ & ſermonē & rationē cōpræhēdit cū ꝓ ſermocinationē diſputatio cōficiatur. Sane differt oratio cū proprie accipitur a ſermōe qd' hic ſedatior remiſſior ꝑſior ac tenuior:qualis philoſophorū:oro uero in qua ornamēta affectuſq; īſunt popularibus accōmodata auribus. Itaq; oratores uocātur: ꝙ hoc genere utuntur; philoſophi uero magis ſermocinatores. Mo

Dialyton pria cū .i. latino penultima cū .y. græco ultima cū .n. exili ſcribitur dici pōt latine diſſolutum nam diſcendit a uerbo διαλυω quod eſt diſſoluo. Et eſt figura cum ſine cōiunctionibus punctatim dictiones proferuntur. Vt ite:ferte citi ferrū: date uella:impellite remos. Similiter Iuſticia Prudētia Fortitudine me ſuperaſti. Et ē eadem figura cum illa:quā aſyntheton diximus. διαλυω ꝑſſoluo

Diana cū .i. latio & unico .n. ſcribit:dictio ē ab δια .i. Ioue deducta:quaſi Iouiniana. Vnde licet plures fuiſſe Dianas Cice. de na. deoꝝ referat: illa tamen nominatiſſima eſt:& cui oīa attribuuntur:quæ Iouis filia ex Latona eodem partu cum Apolline nata dicitur:hæc ob uirginitatis amorē hominū fertur conſortium aufugiſſe:& ut a ſe libidinis pruritum abdicaret:uenādo icolebat ſyluas ac montiū ſaltus:Quare cum arcu & Pharetra illam iceſſiſſe ferunt:quam uirgines plures ſimili propoſito ſequæbantur:dicente Vir. libro æneid. i.

Qualis in eurotæ ripis:aut iuga cynthi.
Exercet diana choros:quam mille ſecutæ.
Hic atq; hic glomerantur horeades:illa pharetrā:
Fert humero:gradienſq; deas ſupereminet oēs.

Idē longo & inſigni uerſu Claudianus poeta cū de laudibus Stilichonis egeret explicauit: cuius primā Vir. produxit cum ait:Exercet Diana choros. Quā reliq; poetæ corripere cōſueuerūt. Ouid. li. iii. metamor. Nomine gargaphyæ ſuccinte ſacra Dianæ:& alio libro. Vidi ſine ueſte Dianam Iuuenal.

Διάστολη

iniii.ſaty. Me quoq; ad eluinam Cererē: ueſtrāq; Dianā: item i ſaty. Oibus in terris Pulchra gaudet Latona Diana hanc Actæonem in ceruū mutaſſe: ferunt poetæ: qa ipſam lauantem ſe nudā uiderat. Eandē Orionē occidiſſe ſcribit: quia uim ſibi ferre uoluit. Eidē in taurica regione ex humana hoſtia ſacra fiebāt: ut in dictiōe Ephigenia uidebius. Illa eadem tēplū habuit apud Epheſum ad miranda: & magna cū religione a ſageſtanis in Sicilia colebat: a cretēſibus ſimiliter quā Britomartē eorū lingua cognominatā dixit Solinus: quod uocabulū ut ait ſermōe noſtro uirginē dulcē ſonat ab eiſdē græce Dyctinna dicta fuit: ut in ea dictione mō ſtrabimus: hāc eādē refert Home. in Illi. iratam fuiſſe: qd' ſibi Thaleſia pro frugibus Oeneus rex Calydoniæ nō feciſſe: cū cæteri oēs dii ſacrificii ſuſcepiſſent honorē: & illa ſola ihonorata remanſiſſet: uel quia oblitus fuerat: uel quia illi nō putaret agē dū: quare terribilē ſetis ac dentibus imiſit aprū: q regionē Oenei totā uaſtaret: ut uidebimus in dictione Meleager: ſed cur Diana a parturientibus i uocaretur: uidimus in dictione deus.

Dianœa cū. i. latino i pria: & in penultima cum. œ. diphthōgo ſcribitur: dicitur a noſtris mens intellectus: unde ct ab oratore pro quadā figura ponit q̄ ſenſum magis q̄ uerba deſignat: dicēte Quiti. in. i. de iſtitutiōe oratoria figuras quæq; lexeos quoque dianœas uocantur.

Διάσυρμος

Διάσυρμος penultima cū. y. græco ſcribit: dici pōt diſtractio: nam a Διὰ σὺρω: quod eſt diſtraho deducit. Vnde & figura ponitur: quando una dictio ad duo diuerſa ſignificata diſtrahit. Vir. i bucoliſtrepere anſer olores. i. malus poeta inter bonos. Ob qd eam etiā tunc figurā eſſe dicūt quādo quis magna uerbis cōminuit: & minima extollit.

Διάδυρος diſtrahō

Διάστασις cū. i. latino utrobiq; &. t. exili ſcribit: dici poteſt latine diſtantia. Nam ex Διὰ componitur quod nōnunq̄ ob & longe deſignat: & ſtaſis quod eſt deſtantia.

Διάστολη

Diaſtole cū. i. latio & .t. exili atq; unico. l. ſcribit dici pōt a nobis diſtictio uel dilatio. quod quidē fit cū una dictio uel ſententia ab alia diſtīguitur: uel cū breuis ſyllaba producitur: ut Vir. lib. ænei. primo Et uerſa puluis īſcribitur haſta. Idē libro ſecundo. Luctus ubiq; pauor & plurima mortis imago.

Δίκτουννα

Dictæarchus prima cū. i. latio: ſequens cū. æ. exili. & .æ. diphthōgo: ultima cū. ch. aſpirato ſcribit quaſi iuſtus iudex. Nā Δικαιος iuſtus dicitur: & archus princeps: eſt etiam uiri nomen proprium.

Dictamus & dictamū utrūq; comperit: & utrūq; cū. i. latino: &. ct. exilibus ſcribitur: herba eſt medicinalis: de qua Vir. li. xii. meminit: quū hæc uerba ab Venere in medelā uulneris in Aeneam illati deportatur: ait enim. Dictamum genetrix cratæa carpit ab ida Puberibus caulem foliis & flore comantem purpureo.

Dictynna pria cū. i. latino ſequens cū. ct. exilibus: & .y. græco: quin & cum duplicato. n. ſcribitur: dicta fuit a cretenſibus lingua græca Diana: quia cum uirgo quædā cretenſis quā Britonem Lactantius grāmaticus uocauit. Solinus Britomatrē uirgitatem ſuam Dianæ dicaſſet: & a Minoe tunc rege opprimi ad uirginitatē pdēdā cogeretur: ſemelq; uideretur aſtringi: cū nō alia illi fuga dari poſſet: i mare ſe p̄cipitem dedit: cuius cadauer cū retibus a piſcatoribus forte cōpertum eſſet: dictynna deinde ab ipſis retibus cognomīata fuit. Nā Δίκτυον græce: latine rete dicitur: ſed cum grādis peſtis ob id in Creta ſequæretur habito reſpōſo ut ædē Dianā ipſam cognomine uirginis dictynnam uocaueret: dicente Tibullo i elegia ad Priapum. Perq; ſuas ſpune ſinit Dictynna ſagittas. Quare & mons ubi ſita fuit ædes dictynnus mō conſimili dictus fuit. Quæ Sane ædes teſte Solino manus Dædali oſtē dit: & quā nemo nudus īgredi licite poterat.

Dictæus pria cū. i. letino: ſequēs cū. ct. & .æ. diphthōgo ſcribitur: cognomē eſt mōtis cuiuſdem in Creta: & a dicte nympha: quæ teſte Seruio ſuper tertio æneidos illic colebatur cognominatus Vir. lib. geor. Dictæo cæli regem pauere ſubantro.

Didyme prima cū. i. latino: & penultima cū. y. græco ſcribitur: inſula eſt una ex æolis in freto ſiculo.

Didymus prima cū. i. latino: ſequens cum. y. græco ſcribitur: dici poteſt a nobis gemellus. Eſtq; uiri nomen proprium.

Didymaon pria cū. i. latino: ſequens cō. y. græco ſcribitur: fuit armorum artifex eximius: de quo Vir. libro. v. ænei. meminit cum ait. Et clypeum efferri iuſſit Didymaonis artes.

Didrachma cū. i. latino &. ch. aſpirato ſcribitur: dicīq; poteſt apud nos hiſdrachma: nā ex Δὶς apud nos eſt bis: & δραχμὴ componitur.

Dies cū. i. latino ſcribit: & a Διὸς hoc eſt Ioue græca dictione deducitur. Nā eodem mō ut noſtri Iouem adiutorē: ita græci: Δαφόνιον & nos diē adiutorem accipimus: & inde Dieſpiter quaſi iuuans pater: qui lingua oſca teſte Seruio lucetius dicitur. Virg. li. nono ænei. Aliqui uero diem ꝓprie ſignificare deum contendunt: quod ſi ſic eſſet a Δεος: quod eſt timor: ut ſupra uidimus deduceret. Et teſte Priſciano in quinto tam maſculini q̄ fœminini generis in ſingulari numero inuenitur: ex quo diminutiuum fit diecula. Teren. in Andria. Eo impudens non ſatis eſt: q; tibi dieculam addo pro dilatione aliqua temporis. In plurali uero ſemp maſculinum inuenitur: & dicitur dies ferialium teſte Varrone a ferendis in ſepulcha epulis.

Δαφόνιον

Dieſpiter cū. i. latino utrobiq; &. t. exili ſcribitur: de quo uidimus in præcedenti dictiōe: quo ſane uocabulo cō alii plures ſint uſi: tum Horatius i primo carminum: Nanq; dieſpiter igni coruſco nubila uidens: plærūq; per purum tonantes egit equos uolucremq; currum.

Digāma cū. i. latio & duplicato. m. ſcribitur: & ſignificat bis aut duplex gāma: quæ tertia eſt alphabeti græcorū littera. unde. f. noſtrum digāma uocabatur: quia figurā duplicis gammæ detinebat.

Dynaſtæ cū. y. græco &. t. exili ſcribitur. dici pōt latine potentes: quo uocabulo utitur nonnunquā Cicero & a Δύναμαι quæ eſt potentia deducitur.

Δύναμαι ν potēna

Dindyma cū. i. latino ſeq̄nte. n. penultia cū. y. græco & ultima cum. m. littera ſcribitur: mons eſt Phrygiæ matri deū ſacer: declinaturque tantummodo in plurali. Vir. libro. ænei. ix. Ite per alta dindyma.

Diocrates cū.i.latīo:& abſq; aliq̄ aſpiratiōe ſcribīt: fuit Alexandri magni architectus:de cuius forma corpore & īgenio Vitrubius ī proemio libri.ii. de architectura plura ſcribit:hic teſte eodē Vitrubio Alexandro in ægypto Alexandriā metatus ē: & in ſtaurationi tēpli epheſiæ Dianæ p̄fuit.idē teſte Pli. li.vii.na.hiſt.īperatori.Alexan.dixit. Ne qs ipſum alius q̄ Apelles pingeret q̄ pirgotelles ſculperet: q̄ Lyſippus ex ære duceret.q̄ artes pluribus īclarue/re exemplis.

Diocles cum.i.latino &.c.exili hoc eſt abſq; aſpira/tione ſcribīt:nomē eſt uiri propriū:qđ iterpræta ri ualet louis gloria:hoc ē Διοσ qđ ē Iouis.& κλε/οσ gloria:hic teſte Plutar.in uita Romuli Pepare/thius cognominat & laudat hiſtoricus.

Diocleus cū.i.latīo &.c.exili ſcribīt : habetq; accen/tum ī penultima:hoc eſt ſuper.e.& fuit Orſilochi filius:ut in ea dictiōe uidebimus:hic teſte Home. li.y.ilia.habitabat ī Phæra loco ſane iſigni : uir re/bus oībus ad uitā idoneis circūfluus:& genus du/cēs ab Alpheo fluuio:qđ li.xv.odyſſeæ idem poe/ta cōfirmauit Διοκλιοσ ποτιλαθυσηοσ ορςιλο/χοιο τοναλφειοσ τεκετ᾽ αλλα.Et interprætari ua let:Διοσκλεοσ:hoc eſt Iouis gloria.

Dion cū.i.latīo ſcribīt:fuit ſyracuſanus nobilis Hip patini filius:& utraq; Dionyſioq; tyrānide compli catus:Nāq; ſupior ille Diony. Ariſtomachē Dio/nis ſororē matrimonio habuit.Ex qua duos filios Hipparīū & Niſæū pcreauit.Totidēq; filias unam noīe Sophroſynē:alterā Aretē.Quaq; priorē teſte Aemilio p̄bo Dionyſio filio eidē cui regnū reliqt neptuni dedit.Alterā ipſi Dioni Hic p̄ter nobilē p̄ pinqtatē & generoſam maioq; famā multa alia ab natura bōa recepit:ut īgenīū docile come & ad op timas artes aptū:magnā corporis dignitatem: ma gnas ītē diuitias a patre relictas:q̄s ipſi tyrāni mu/neribus auxerat.Ideo a deō Platonē amauit: ut ſe eidē totū traderet.Nec minus eo Plato delectaret. Is deinde a Dionyſio filio Syracuſis electus. Corī/thū confugiens:fretus non tam ſuis copiis:q̄ odio tyranni maxīo aīo duabus onerariis nauibus qui quagīta annoq; īperium munitum quīgentis lon gis nauibus decē eqtum centūq; peditū militibus p̄ fectus:poſt diē tertiū q̄ Siciliā attigerit. Syracuſas ītroit:& demū fraude Callicratis cuiuſdā atheniē/ſis:q cū eo ex Pelopōneſo uenerat īterfectus eſt. Al/ter fuit Dion Pruſæus orator eximius:cui ob elo/quētiam Cryſoſtomo cognomen fuit.

Diogenes cū.i.latino ſcribīt:& dī q̄ſī Διοσ:hoc ē io uis genus:fuit teſte Diocle ſinopæus iceſii menſa/rii filius:quē fugiſſe aiūt:cū pater eius publice mē/ſam haberet.ac falſo pecuniā ſignaret Eubolides uero ī li.de Diogene dicit ipſum hoc feciſſe.ſ. mo/netæ falſam ſignationē. Alii putāt eum ſponte pa/triam reliquiſſe:Hic eueniens Athenas : ibi Anti/ſthenē cōpetit:a quo cū nō reciperet in diſciplinā: nam ſtatuerat neminē recipere:pſeuerantia illum uicit.pallium primus duplex habuit ſecundū ali/quos:& perā in qua cibos ferebat.Omniq; utebat ad oīa loco:& prandens:& dormiens : & loquens. Cum ſcripſiſſet cuidā ut ſibi cellam pararet:facien te id illo tardius:doliū pro domo hūit. Aeſtate in feruida arena ſe uolutabat.hyeme coopertas niue ſtatuas amplectebat:parans ſe his modis ad labo/rum tolerantiam. Idem quum uidiſſet puerum concaua manu bibētem abiecit uile:uas quod ha/bebat dicēs puer me uilitate ſuperauit. Idem cum alium uidiſſet puerum perfracto uaſe pane conca uo lenticulam ſuſcipientem.abiecit catinum.Dice batoīa eſſe deorum:& ſapientes deorum amicos: huius diſceptatiōes cum Ariſtippo deſcripſit Ho/ratius epiſtola decimaſeptima.Inerat illi teſte La/ertio ſuauiſſimus ſermo : acerque in deſcipiendis aliis.Nam ſcholam Euclidis dicebat eſſe bilē Pla/tonis:auditoq; conſumptionē: dionyſia certamīa magna miracula ſtultoq;:Oratores ēt urbe mini/ſtros grāmaticos admirari ſe dicebat. q cum Vly/xis mala reqrerent.ſua ignorarent. muſicos mor/debat:q; cum lyre chordas aptarent.animi incon/cinos motus haberēt:Mathematicos carpebat qđ ſolem:lunam:& ſydera intuerent:quæ uero erant ante pedes non curarent:oratorem itidem:q; ſtu/derēt iuſte dicere:nō āt facere.& alia cōplura: quæ longum eſſet referre:huic ad ſolem ſedenti:cū di/ceret Alexāder pete:qd uis:ait noli mihi umbram facere.Ea fama fuit referente Laertio Alexādrum dixiſſe ſe uelle eſſe Diogenem niſi eſſet Alexander Hic deīde cum in Aeginam nauigaret:a piratis cō præhēſus fuit:quoq; priceps fuit Cerpalus:& Cre tam deductus eſt:ut uenderet. Cum autem inter/rogaretur qd ſciret agere:dixit ſe ſcire uiris impe/rare. Atq; ad p̄conem inqt prædica quiſnam domi num ſibi uult emere.Sedere prohibitus: īquit nil refert:nam piſces quomodocūq; iaceant emūtur. Et cū uideret corithium quendam p̄clara effigie. & habitu ingenuo Xenidem noīe:inquit huic me uende:hic domino indiget:eum digito denotans. Quē Xenides audito & inſpecto uiro libentiſſime emit. Et eum Corinthum ſecū adducens:filiis ſu/is p̄ceptorem dedit:& omni p̄fecit domui:ille aūt Xenidi eum ſibi parere oportere:quāuis eſſet ſer/uus:quū & medico & gubernatori quāuis ſeruis ſæpius pareat.cuius clariſſima p̄cepta ita compro bauit Xenides:ut ſæpe diceret bonus dæmon do/mum meam intrauit. At ipſius Xenides filios te/ſte Eubolo in libro qui inſcribitur Dlogenis uen/ditio:poſt reliquas diſciplinas.docuit equitare ar/cus intendere:fundas rotare:atq; iaculari:in palæ/ſtra tum eos exercebat:gratia tantū roboris com/parādi & bonæ ualitudinis. Tenebant pueri multa ex poetis & aliis. Tum ex ipſo memoriter omnem illis Diogenes rationē doctrinæ : ut facile memo/ria tenerent breuiter collectam ī ſimulabat domi eos miniſtrare docebat:leui cōtentos cibo : ac uili pane & aqua:ad cutem illos tōdere faciebat.dedu/cebatq; incompoſitos:ad uenatiōes aliquādo exer cebat. Et quum teſte Cleomene in libro de peda/gogis neceſſarii illum redimere uoluiſſent: fatuos appellauit : dicens leones nutrimentum non eſſe ſeruos:ſed illos magis leonum:Senuit apud Xeni/dem:ut Eubolus rettulit:obiitq; annoq; nonagin ta & a filiis Xēide ſepultus fuit:quū multi alii eius corpus poſtulaſſent. Sed de illius morte uarie fue/runt ſententiæ:illa tamen magis approbat: quod

desiderio migrandi uita continendo spiritū aiam exhalarit: De illius sepulchro i dictiõe Cynicus uidimus. Illius ciues æreis eum statuis honorauere: ita subscribẽtes: Senescet tpe qdẽ hoc æs: sed tua sane Diogenes gloria absolescet sæculis. Nam uitæ gloria mortales illustrati per te sunt: facilẽq; uiuẽdi gloriam ptulisti: ferunt quidam dialogos illũ fecisse nonnullos tragœdias septem: & alia pauca. At satyrus quidem affirmat nõ esse eas Diogenes. Fuerunt Diogenes quinq;. Prius apoloniates physicus loquens sapiens & Anaximenis auditor fuitq; tpibus Anaxagoræ. Secũdus sycionius: q pelo ponesiaca scripsit. Tertius hic. Quartus stoicus ex seleucia: q babylõius ob uicinitatẽ dictus fuit. Qui tus tarsensis q̃stionũ poeticaꝝ scriptor: sed de quo itellexit Iuuena. in saty. quæ icipit. Oibus in terris: quũ dixit Diogene hoium errores semp deflẽ cõ sueuisse: cum democritus contra soleret semp ridere id dubium facere põt: q; apud auctores græcos de cynico nusquã cõperi: & forte stoicus fuit.

Diomedes cum. i. latino scribit: fuit rex Aetoliæ: Tidei & Delphiles filius: a quo cũ apud Troiã uictus fuisset Aeneas: uocauit illũ apud Vir. li. ænei. i. fortissimũ danaum. Nã ut dicunt poetæ Aeneã peremisse: ni Venus mater se illius ictibus opposuisset q̃ ab illo uulnerata dr ut late rettulit Home. lib. v. ilia. quod apud Virgilium lib. xi. ænei. Diomedes ipse fassus est: cum ait.

Hæc adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt.
Tempore: cũ ferro cælestia corpora demens.
Appetii: & ueneris uiolaui uulnere dextrã.
Vesq; cũ post captã Troiã ad propria rediret: cõperissetq; Aegialẽ uxorẽ hortatu Naupli pris Palãedis Cyllebero filio Sthenelihæsisse: uel uerecũdiã cõitus ut qdã ferũt: uel qa ab ea receptus nõ fuerit ut alii asserũt nauigio ductus secessit in Apuliam: ubi teste Festo cũ Dauno regni partẽ sortitus ẽ: dicente ẽt Ouid. li. fast. iiii. & genus œnidũ appule daune tuum. Nã Oeneus Tidei pater fuit. Tantẽ excedens. Italia Diomedes in insula propinqua: q̃ ab illo diomedea dicta fuit sepultus est. Alter fuit diomedes truculentus rex thracum: q equos suos aduenaꝝ carne i Tyrida oppido depascebat. Sed tandem ab Hercule mactatus iumẽtis suis in pabula datus est dicente hæc Seneca in Hercule furente.

Suisq; regẽ pabulũ armentis datũ. Ouid. uero li. xiiii. meta. dixit Herculẽ diomedẽ mactasse & equos. Vnde apud eum dicebat Hercules.

Quid q; thraces equos humano sanguine pigues.
Plænaq; corporibus laceris põsepia uidi.
Visaq; deiecit: dominũq; ipsosq; peremi.

Sãe id quoq; ultra reꝝ historiaꝝ aduertẽdũ ẽ oia noia græca in æs terminata q̃ genitiuũ p plœnam elocutionẽ: hoc est absq; syneresi in eos mittũt: cũ in illo fit syneresis: In us genitiuũ terminãt ut Diomedes huius diomedeos: & p syneresim huius diomedus: similiter huius Demosthenes: & per syneresim Demosthenus: faciunt datiuum deide in ei diuisas syllabas: & per sineresim in diphthõgo cõiunctas: ut diomedei: & p sineresim diomedæi cũ diphthongo: similiter demosthenei diuisis syllabis: & p sineresim demosthenæi cũ diphthõgo. Ac cusatiuũ plena elocutione in ea mittunt: ut diomedea demosthenea: q̃ duæ uocales p sineresim i unã. e. cõuerterũt. Nã apud græcos transferunt in. h. sine litterã nos: trãsferimus: ut demosthenea: & per sineresim apũ græcos Δυομοσθενη. Hos demosthene dicimus similiter: diomedea: nos per sinæresim diomede dicimus: qd Vir. teste Seruio obseruauit cũ ait libro. xi. Vidimus o ciues diomede argiuaq; castra. Nã si diomedem cũ terminatione in. n. dixisset: nec latinũ protulisset: nec græcum. nec uersus staret & cũ nũquã ecthlipsis p. n. Iam fiat Sinuero cũ. m. dicat diomedẽ. latinus accusatiuus ẽ: & stat uersus: quia fit ecthlipsis. ut multum ille & terris: Sed obstant teste Seruio antiqui textus: q diomede cum solo. e. habẽt: qd rectissime stare potest seruata declinatione græca: cuius Virgilius sæpissimæ obseruantissimus fuit.

Diomeda cũ. i. latino: & absq; aliq̃ diph. scribit: fuit teste Hõe. li. ix. ilia. Phorbãtis filia. quã lesbo Achilles dum esset in bello troiano aduxerat. hæc eodẽ teste post ablatam ab Agamẽnõe Briseida cum illo dormire consueuerat.

Dyomeropus cũ. y. græco & .o. ante. p. scribit: fuit teste Homero. li. ii. iliados. Adrasti pater & amphi.

Dione cũ. i. latino scribit: fuit teste Hesiodo i theogonia una ex nymphis filia Oceani & Thetyos: q̃ teste Seruio cum puella esset formosissima a Ioue dilecta & compressa fuit. illique Venerem peperit Idẽ Home. li. v. ilia. confirmare uidetur: cũ illo referente Vnus eam matrem semper appellet: atque itidem Illa Venerem filiam. Sed id confundentes poetæ pro Venere sæpe eam posuerũt dicẽte Ouid. lib. fastorum. v.

Hyppolite fœlix uelles coluisse dionem.
Cum consternatis diripereris equis.

Et a dione dionæus cũ. æ. diphthõgo deducitur. Vir. i buc. Ecce dionei processerit cæsaris astrum. & Vir. li. iii. ænei. Sacra dioneæ matri. i. Veneri.

Dionysius pria & ultia cũ. i. latino: antepenultima uero cũ. y. græco scribitur fuit Bacchi. pprium nomẽ: & cõpositũ ex dios & nysa urbe iter Arabiam & ægyptũ: q̃si iouis nysius. Nã ut ait Diodorus siculus li. histo. v. Barbari qdem huius sibi dei gẽus uẽdicauere: ut ægyptii: q illum Orisidẽ deũ suũ fuisse asserũt: quem & oẽm circuisse orbem: & docuisse plantare uites: & uini repertorẽ fuisse dicũt: atq; deinde a græcis dionysium uocitatum. Indi similiter apud senatum fuisse contendunt. Sed græci ex Semele filia Cadmi natũ dicunt. quæ cũ ex Ioue pregnãs esset: rogauit illũ ut secũ pro ut cũ iuno ne assueuerat coiret Iuppiter maiestate dei assumpta cũ tonitribus ac fulgere ad eã descendit illa uero pgnans: Cum neq; tonitrui neq; fulguris uĩ ferre posset filium aborsa igne expirauit: Infantem Iupiter Mercurio dedit ad antrum Nyse urbis ut dixit Homerus in hymnis quod inter Arabiam nilumq; est deferendum: a nymphisq; oĩ studio curaq; educandum: unde a Ioue nysaq; Dionysium dixerunt. Itaq; nutritum a nymphis aiunt: uini ui neæq; extitisse auctorẽ. Orbẽ quoq; ferme p ãbulã tẽ: multas regiones addidisse domesticas ac pterea maximis apud oẽs honoribus celebratũ. nã quo-

rũ regio uires ferre nõ posset potũ exordeo docuit se cõficere nõ multũ a sapore uini distãtẽ. Addunt & teste p̃fato Diodoro illũ peragrãdo orbẽ exercitũ secum duxisse non tantũ uiroꝝ sed ẽt mulieꝝ. Vnde & multis græcis urbibus triẽnio bacchides mulieres cõueniũt: apud q̃s de more uirgies thyrsum ferrunt in honorẽ dei bacchãtes: eiq; p̃ cœtus sacrificantes: postremo memoriã menadũ q̃ ferunt: illi deo astitisse hymnis & cãtu renouãt. Sustulit eodem auctore Diodoro & oẽs impios q̃ i orbe erãt: sed maxie Pentheũ atq; Lycurgũ. dr̃ ẽt prius boues ad iugũ iũxisse: quoꝝ opera uberiorẽ & nitidiorem frugẽ semia produxisse: q̃ ex re illũ cum cornibus poetæ fixerũt: ferũt & illum delitiis deditũ molli corpe ac p̃cæteris decoro: tradunt & musas uirgines cũ eo ꝓfectas doctas psalere: & bõis artibus eruditas. qbus deus ip̃e oblectabat: secutusq; est illum Silenus pedagogus illius ac nutritor: optimorũq; institutor studioꝝ. Plurimum Dionysio ad uirtutẽ & gloriã resq; bellicas profuit: armis bellicis. i. pugna utebat: & pardaloꝝ pellibus pacis tpe & diebus solẽnibus: uestes gerebat floridas delicatas atq; molles: & multa de illo Diodorus diuersis in libris ꝓsequtur. Sed hæc tãtũ tetigit: quæ a poetis nr̃is tangi nõ cõsueuerũt. Alius fuit Diõysius Siciliæ tirãnus: qui syracusanus cognominatus ẽ: cuius qdẽ origo ab historicis: quos legi subtacet. hic teste Cornelio nepote manu fortis & bello peritus fuit: & id qđ in tyrãno non facile reperitur minime libidinosus: nõ luxuriosus: nõ auarus: nullius rei: dẽiq; cupidus: nisi singularis ppetuiq; imperii: obeamq; rem crudelis. Cuius filius similiter Dionysius in tyrannide successit: uir oĩ turpitudine repletus. qui tandem teste Cic. lib. iii. quæstionum tusculanarum Syracusis pulsus: Corithi pueros docuit: sicq; imperio carere non potuit. de quo Oui. li. iiii. de ponto ait.

Ille syracusia modo formidatus in urbe,
Vix humili duram reppulit arte famem.

De quo Iustinus lib. xix. sui epitomatis tractauit.

Dipelus cũ. i. latino & unico. l. scribit: fuit Scyli frater: & ambo teste Pli. i creta ĩsula geniti medis imperantibus: hoc est prius q̃ Cyrus i Persas regnare inciperet Olympiade circiter. liii. eodẽ Pli. teste primi oĩum marmore sculpendo inclaruere.

Dipsas cũ. i. latio sequente. ps. scribit apud nos dicit sitis: & ponit a græcis & latinis pro serpẽte e genere aspidum. cuius morsu incredibilis ĩducit sitis. Vnde Lucanus lib. ix. In mediis sitiebant dipsades undis: de quo plura habentur in eodem libro.

Diphthongus prima cũ. i. latio: sequẽs. cũ. ph. &. th. aspiratis scribit: & est diphthongus duaꝝ uocaliũ ui suam seruantium in eadem syllaba complexio ut æs præs: & similes. Nam si iudex aut uolo dicimus: cũ nec. i. in prima 'nec. u. in secunda sonũ suum conseruet: diphthongũ non fecimus: & cõponit diphthõgus ex diis qđ nobis dr̃. & φθογγος qui uocalis est sonus. Sunt igit latinæ eloquentiæ diphthongi quattuor: qbus nostri auctores i scriptura nostra usi sunt. uidelicet. au. æ. eu. œ. ꝑter nõ nullas græcas. quas quinq; scripserunt: ut in ꝑceptis ostendius: ex barbaris uero acceperũt nõnulli poetizãtes ai: ut Cainaldus Raimundus Aimo. Item uo: ut Voldericus. ltẽ ui: ut Vilielmus Vido: qbus moderniores. g. ꝓponere cõsueuerunt: ac dicere Guiliel. Guido. sed his omissis solũ ad eas: quibus antiq poetæ linguæ nostræ patroni utunt: redeundũ duximus: Ex illis igit q̃ttuor hæ duæ. au. eu. nullã in scribendo ambiguitatẽ ĩgerũt: sed lr̃is suis ut proferunt: sic quoq; & scribũt. Sed id sane dubiũ nõnunq; efficit: qđ diphthongus in illis lr̃is aliquãdo esse uidet cũ diuisæ sint & seperatæ syllabæ: nec ulla mihi est diphthõgus: ad qđ utiq; discernẽdum hæc subiici regula ualet Vbicũq;. a. uel. e. in oĩbus ante us finalẽ reperiunt: fere ubiq;. a. & u. uel. e. &. u. ab inuicẽ sunt diuisæ: ut Nico. Archelaus: alueus: cæreus: excipiunt in latinis dictiõibus laus: fraus: heus: i qbus diphthõgus ẽ. In græcis uero dictiõibus nõnunq; mutatiõe illoꝝ i similibus dictionibus diphthongos in fine habemus: ut Orpheus. Vir. in buco. Orpheus in syluis: iter delphinas orion. Simili mõ Tydeus. Et hæc de. au. &. eu. diphthongis dicta sufficiant. Porro de. æ. &. œ. diligentius differendũ est. Nam cũ hæ diphthongi ꝓlatione discerni neq̃ant: scribunt. n. & nõ nisi sono ipsius. e. proferũtur. difficultatẽ nõ paruã quãdoq; cum in scriptura hoc ẽ quando scribi diphthõgus uel nõ scribi debeat: tum ẽt in ape igerunt: hoc est an lõgæ sint uel breues esse possint. Sed de scriptura primitus prosequentes de tpe in fine tractaturi huius differemus. Oĩs igit. æ. diphthõgus aut pr̃icipalis est dictiõis syllaba: ut æquor: aut finalis ut musæ: aut media ut coæuus: de Principali uero & media hoc est diphthongo signari habẽt: generalis regula dari non põt. At de finali quoq; regula dat. Oĩs genitiuus singularis noĩs in prima declinatiõe: datiuus singularis & noĩatiuus: ac uocatiuus pluralis. æ. diphthongo terminant. Quæ sane regula nunq̃ falit: & hæc de. æ. diphthongo at de. œ. hoc quoq; generaliter annotari põt. Nullã sane: dictionẽ. œ. diphthongo scriptura recta aut ꝓbatione terminari posse: sed supra i medio: aut pricipio dictiõis comperiri. De quibus diximus cũ generalis regula dari nõ possit latinas quasdam dictiones p alphabetum annotabimus: q̃ in initio uel medio suo ordine diphthõgant. Nã græcarum quoq; dictionum orthographiam in toto nostro uolumie explicabimus. Nec ex græcis hoc in loco nisi paucula illas tantũmodo contingemus: q̃ in frequentiori latinoꝝ usu habentur. Ae diphthongus ante. a. in latinis dictiõibus comperiri nõ põt. In græcis uero reperitur: ut æs: quod nomen est propriũ. fluuii: ut supra uidimus: similiter ante. b. &. e. eadem diphthongo nõ utimur. Nec ante. i. reperit. Nõ ẽt ante. h. i. k. &. p. nec ẽt ante. o. i latinis dictionibus illã habemus. In græcis uero utimur Aeolus: & ab eo descendentia. At ante alias litteras cõperiri ualet: ut per ordinem ostendimus.

Aedes cũ. æ. diphthongo scribitur: & ab edo uerbo: qđ sine diphthõgo ẽ teste Varrone & Seruio trahitur: eo q; in illa sacrificãtes edere cõsueuerit. Nam teste Seruio super secundum georgicorum quædam sunt nomina quæ in initio diphthongantur & a uerbo non diphthongato descendunt: ut ædes

Regula

Nõ regitam

φθογγος

& æſculus:q̄ cū æ diphthōgo ſcribunt: & ab edo uerbo cuius prima breuis eſt:& ſine diphthongo ſcribit:deſcendunt. Similer cælatū quod eſt abſcōditum cum æ diphthongo ſcribi dicit:& a celo celas ſine diphthongo aſſerit deriuari. Significat autem ædes i ſingulari templū:ut Cicero Philippicarum libro primo ex eo inquit die quo in ædē Telluris conuocari ſumus:in quo templo quantum in me fuit ieci fundamēta pacis. In quo templo dixit ideſt in qua æde Telluris:& fere ſemper cū adiectiōe proferē:ut in æde iouis, Mercurii:Mineruæ: in æde Concordiæ:Telluris, Honoris, Virtutis in æde ſacra. At i plurali ſecundum adiectionem: & priuatā domum ſignificat:& tēplū: ut ædes meas ædes Marcelli nō aliter quam pro domo mea: & domo Marcelli accipere poſſumus, etiā ſi egregias aut pulcras ædes:aut abſolutæ ædes nos dicimus domū tantūmō deſignare ſolemus: Vt Vir. libro georgicorum prīo:Mane ſalutatum totis uomet ædibus undā. Si uero addimus aliquid ad religionē ſpectās:ut ſi i plurali etiam dicius ſacras ædes: aut deorum ædes:aut nympharum ædes: templa plurā annotamus. Lucretius de ioue loq̄ns ſit ait: Ipſe ſuas ædes diſturbat:quod perinde eſt ac ſi dixiſſet, Iouis diuerſas ædes Horatius uero i tertio carminum:pulchre ſignificauit dicēs delicta maiorū imeritus lues Romanæ donec refeceris ædeſq̄ labētes deorum & fœda uirgo ſimulachra fumo. Quare dixit Paulus iuriſconſulto titulo de ruina incendio & naufragio ædium appellatione oēs ſpecies ædificii continentur. Sane edo uerbum a quo deductam ædem diximus:ſine diphthongo ſcribi notauimus:ſiue græcū illud ſit:& tūc idem quod comedo ſignificat:ſiue latinum eē dicatur:& tunc ex e p̄poſitione & do componitur: nec comedere ſed extra p̄bere deſignat. Vnde libros edere dicius cum illos publicamus.

Aeditiui Aeditiui ſimili mō ſcribit:& ad ædibus ſacris quas tuentur appellati ſunt:non a priuatis.

Aeditimus Aeditimus cū æ diphthongo ſcribit: & cū m ante s ſcribit uerbū quoq̄ latinū eſt teſte Gellio libro xii. noctium atticarum:& uidetur ea forma dictū qua finitimus & legitimus. Et is dicitur q ædibus præeſt, ſicut clauſtritimus a Protheſilao dictus eſt qui clauſtris ianuæ præeſt. Vnde in exemplaribus fideliſſimis. M. Tulii in Verrem ſcriptum ſe inueniſſe dixit Gellius æditimi:cuſtodeſq̄ mature ſentiūt:licet i uulgaribus libris æditui comperiri dicat. Et ide uerbum æſtitimor pōpōius i atelliana. Qui poſtquam tibi appareo atq̄ æditimor i templo tuo.

Aedituentes Aedituentes:Lucretius teſte Gellio libro. xii. in carmie ſuo pro æduitis appellat, qui illis curādis p̄poſiti erāt:q̄ a priuatis. Vnde Pomponius iuriſcōſultus de origine iuris i quit:. Aediles duo explebe cōſtitui ſunt q ædibus præeſſent:in q bus omnia ſcita ſunt plebs deferebat:& ab eo deriuata eodem mō ſcribuntur:ut ædilitas:ædilitius & ſimilia.

Aedifico & ædificium ſimili modo ſcribuntur.

Aeger cū æ diphthōgo ſcribit, & ab ago uerbo cata antiphraſim deduci perhibetur:eo quod egrorū fit actione uacare:uel potius ab eo quod acrius agit ex infirmitate. Quin & ab eo deſcēdētia ſimili modo ſcribunt:ut ægroto ægrotus ægritudo.

Aedepol cū æ diphthongo ſcribitur:& aduerbium eſt iurandi:quaſi per ædem Pollucis.

Aegi cum æ diphthongo ſcribit:& eſt p̄teritum ab ago formatum.

Aemulor cum æ diphthōgo ſcribit:& ab amo oriri ac ab eo primā uocalem diphthongi trahere perhibet:qd̄ ſane iure factū uidetur:quum p amare ponit:Sed cum p iuideo uel ſequor poni dicit:cata antiphraſim ab amo deriuatur.

Aeneus cū æ diphthongo i prima ſcribit:& ab ære trahitur:de quo in ſua dictione uidebitur.

Aenū diphthongū ſimiliter exigere poſſe uī: qa ab ære mō cōſimili deriuat:Sed diuiſis litteris ſemp a nr̄is poetis & tota p̄ferē:Hora. Sub nocte gelidā lignis calefactat æuū. Náq; uas eſt æreū i quo aqua calefieri ſeu bulire dī. Vir. li. georgi. ii. aut foliis undam tepidi diſpumant aheni. Quod Gel. per iterpoſitā aſpirationē uidelicet aheni a Virgilio emendatū fuiſſe refert:ut i ſequētibus uidebimus:cū de media aſpiratione uidebimus.

Aequus, i, iuſtus & planus cū æ diphthōgo ſcribit: & ut qdā perhibēt ab aq̄ ſimilitudine tractū fuit: eo q; elementū illud ſupra cætera æquā habere ſuperficiem uideatur. Vnde æqtas æq̄litas & æquo æqs uerbū:atq; ab eo cōpoſita cum diphthōgo ſcribūt ut æqueparo:æqualeo, & ſimilia. At equus qd̄ aial eſt abſq; dubio ſine diphthōgo prorſus ſcribunt.

Aequor cū æ. diph. ſcribit:& mō cōſimili ab q̄ originē ducit. Sed teſte Varrōe p̄pterea p æ diphthōgū notat:qd̄ æquam hēt ſupficiē. Vnde dicimus æquora campi:& æquora ponti.

Aequinoctium cum æ. diphthongo ſcribitur: quia ex æqualitate noctium dicitur.

Aero æras uerbum cum æ. diphthongo ſcribitur: & ab obliquis eius nois:quod eſt æs æris deſcēdit. Vnde etiam eſt aliud uerbum ſubæro ſubæras:qd̄ ſimili modo cum æ. dipthongo ſcribit:Perſius in ſatyra Vatibus hic mos eſt inquit. Næqua ſubæra to mendoſum tineat aurum.

Aerarium:cū æ diphthongū ſcribit:& æs æris repoſitoriū:hoc ē nūmoq; ſimulq; rerum p̄cioſaq; atq; opū:de quo late i dictiōe Rōa uidebius:& ide ærarii tribūi:q teſte Feſto a tribuēdo æri ſūt appellati.

Aeripies licet ab eo qd̄ eſt aer & pes cōponat, a Virgilio tamē illud, a, & illud, e, in diphthōgū coniunguntur:cū ait libro ænei. Fixerit æripidem ceruam: licet aut erymanthi.

Aes æris cum æ. diphthongo ſcribitur: quod. M. Varro abeſſe:alii ab auri ſimilitudine dictum putant. Nōnulli a græco αἰα:quod ē terra:Sed a quo uis horum oriatur:liquet quod ab eo primam uocalem diphthongi contraxit.

Aeſtas & æſtus:æſtiuuſq;:& uerbū æſtuo cū æ. diphſcribunt:& ab areo ueniūt:a quo primā diphthōgi uocalē aſſumunt. Accipit tamen aliquādo æſtas pro uere:ut Virgil. li. georg. iii. Incipiēs tabulis edico i mollibus herbas carpere oues:dū mox frōdoſa reducit æſtas. Sane æſtus:qa cōmotionem quādam iducit factum fuit:ut etiam commotionem quandam aquarum deſignaret.

Aeſculus cū.æ.diphthongo ſcribit:arbor eſt glādi fera cuius fructu cū ī priæua ætate hoies ueſcerēt ab eo qđ eſt comedo.licet ſine diph.primam hēat & breuē deducit:ut ſupra uidīus in dictiōe ædes.

Aetas æternus & æternitas cum.æ.dipthongo ſcribunt:& oriri ab æuum Apuleius grāmaticus attestat & per ſincopam dr ætas quaſi æuitas.

Aeuum cū.æ.ſcribi in dictionibus græcis oſtendimus.Atq; teſte Apuleio ab αἰών latini traxerūt.u. quoq; interiectantes hiatus cauſa.

Amœnus cū.œ.diphthongo in penultima ſcribit: & teſte feſto ab amādo deducit.Vnde amœna ĩqt loca ſunt q̄ ad ſe amanda alliciant.Serui.uero ab a quod eſt ſine:& mœnio qđ eſt munio & fructum capio:q locus eſt iucūdus:& ſine fructus captoue.

Arcæra cū.æ.dipthō. ſcribitur & ab arca deduci uidet.Nā lex erat.xii.tabulaꝝ ī hæc uerba.Si in ius uocat:ſi morbus euitaſue uitiū extitit q ī ius uocabit iumētū dato:ſi uolet at cærā ſternito.& ſubdit Gel.li.xx.noctiū atticaꝝ.Iumētū quoq; nō id ſolū ſignificat qđ nunc dr:ſed uectabulū ēt qđ adiūctis pecoribus trahebatur ueteres nr̄i iumētū a iūgendo dixerūt:arcæra āt uocabatur ploſtꝝ tectū undique & mūitū:q̄ſi arca q̄dā magna ueſtimētis ī ſtrata q̄ nimis ægri aut ſenes portari cubātes ſolebāt.

Bælua cū.æ.diph.ſcribit & ut qdā ferūt a uaſtitate: alii a ualētia:alii a balatu deriuatū exiſtimāt:itaq; a quocūq; ſita pricipali primam uocalem traxit.

Blæſus cū.æ.diph.ſcribitur:& a blactero natū ferūt de quo ſupra in dictione blacterare diximus.

Cæcus cū.æ.diphthongo in pria ſcribitur:dr q̄ſi ceptus oculis:uel ut aliii uolunt quaſi carēs luce:atq; ideo p.æ.diphthongum notatur.

Cædo pro ĩcido qđ in p̄terito facit cecidi p.æ.diph. ī p̄ſenti ſcribitur ut a cedo alio uerbo differat qđ ē locū do.& in p̄terito facit ceſſi:& licet teſte Priſci. li.i.diphthongus ī p̄ſenti uerbo poſita nunq̄ ī præterito cōmutetur:ut hæreo hæſi.auſi audiui: mœnio mœni:excipitur cædo qđ ī p̄terito abſq; diphthōgo facit:cæcidi:& ipſam.e.corripit abſq; penultimā p̄ducit:ut ī ſequentibus uidebimus:Sane cedo qđ pōitur pro dic qđ abſq; diphth. ſcribitur & primā hēt breuē.Iuue.i ſaty.Credo pudicitiā:poſtmior ē credas aliā:cædo ſi breui parui Sortita ē lateris ſpaciū breuiorq; uī uirgine pigmæa.

Cælo p̄ ſculpo qdā latinū eē uolūt:& cum.æ.diph. ſcribi ut differat a cælo qđ ē abſcōdo.& ſine diph. ſcribit alii uero a græco qđ eſt κοίλου:& ſignificat concauū deriuari uolunt:qa.ſ. id neceſſario in ſculptura exigit & ob id qđ cū diph.ſcribi uolunt ut ſupra uidimus in dictione cælum cum.æ.diph.

Cælū ſimiliter cū.æ.diphthongo plures ſcribūt.& dictū aiūt eo q̄ ſit cælatū.i.ſyderibus ſculptū Varro āt de lingua latīa ſcribit cælū dictum a cauo qđ ſi a græco quod eſt κοίλου ītelligere uolunt:cum .œ.diph.ſcribi debet.Si uero a latino uerbo cū.æ. diphthongo ſcribendum eſt.

Cælſus cū.æ.diphthongo ſcribit:& a cælo dictum aſſerunt.i.altus & ſublimis.

Cælebs cū.æ.diphthongo ſcribit & is ē teſte Priſciano q celeſtem uitam ducit:ubi.b.pro.u.cōſonante in ultima apponi dicit:qa.ut cōſonās ante aliā conſonāte locari nō p̄t.Simili mō Feſtus cælibem inquit dictū exiſtimāt qđ cælo dignā uitā agat:ī quo ſane hi nō ſignificationē exp̄ſſiſſe uident:ſed etymologiā eo mō quo apud Quītilianū li.i.de inſtitutione oratoria ĩgenioſe inqt uiſus ē Caninius cælibes dicere ueluti cælites qđ onere grauiſſimo uacāt:idq; græco argumento inuit Hesiodus.m. eādem cām dici affirmat.Nec cedit modeſtus iuentione. Nā qa cælo Saturnus genitalia abſciderit hoc noīe appellatos q uxor̄ careāt ait.Itaq; ut ex auctoribus cōcœpimus cæleps tamen q caruit ſemp uxore:q̄ q nūc caret.Vnde cælibatus Plautus ī caſſina:Sed uiꝝ nūc te cælebē magis libertū an maritū ſeruū ætate degere.Idē ī mercatore:Si quē inqt ſcribius ſeu maritū ſeu hercle adeo celibē ſcortarier.Hora. epiſtola.i.Nil ait eē prius melius nil cælibe uita ſi non eſt iurat bene ſolis eſſe maritis.Sue.in.Galbæ uita.Veꝝ amiſſa uxore Lepida duobuſq; ex ea liberis māſit ī cælibatu:neq; ſollicitari ulla cōditiōe amplius potuit:ne Agrippinæ qdē uiduitate morte Domitii:q̄ maritū quoq; adhuc necdū cælibem Galbā abeo oībus ſollicitauerit modis.Itē in Claudii uita:Cōfirmauitq; pro cōciōe apud p̄torianos quoniā ſibi matrimonia male cederēt:pmanſuꝝ ſe in cælibatu:ex qbus oībus & q̄ plurimis exēplis cōſtat cælibē & maritū relatiua eē ut apud Quītilianū nam clarus an obſcurus magiſtratus an priuatus.ciuis an peregrinis:liber ſeruus:maritus an celebs:parens liberoꝝ an orbus ſit.

Cæpe cū.æ.diphthongo ſcribit:& a capitis magnitudine ductum dr.Vnde primā uocalē diphthongi teſte Apuleio aſſumpſit.

Cæpi p̄teritum eius uerbi qđ eſt capio cū.æ.diphthongo ſcribit:quin & alia ab eodē p̄terito deſcēdentia uel cōpoſita:ut cæptus:incæptus:dicæptus p̄ceptor:& ſimilia:q̄ a præſenti eius uerbi primam diphthongi aſſumunt.At cœpi con.œ.diphthongo a cæpio uerbo format:qđ apud antiquos erat in uſu:& incipio deſignat.

Cæra cū.æ.diphthōho a nr̄is ſcribi cōſueuit:q̄q̄ græcum ſit:& ſecundū græcā ortographiā abſq; diphthongo ſcribi debeat:ut ſupra in dictiōe æthica late uidimus.Alii uero latinum putāt:& a careo deduci uolunt:eo q̄ melli careat pfuſione: & ob hoc cum diphthongo ſcriptari aſſerunt.

Cæſares cū.æ.dip.ſcribit:& a creba cæſiōe deducit.

Cæſar cum.æ.diphthongo ſcribitur.& a cædo uerbo deducit.hoc ē a cæſa matris aluoā.N teſte Plinio.li.vii.na.hiſto. Qui primus in ea familia ſic dictus ē exceſo utero ſic tractus fuit.Itaq; cæſus cæſura cæſaria.cæſarius cæſones:& ſimilia cū.æ.diph. ſcribunt.Sane teſte eodē Pli.& ī eodē li.ai uigore p̄ſtātiſſimus.C.cæſar dictator fuit. Et ut pgit nec uirtutē cōſtantiāq; nunc cōmemoro:nec ſublimitatem oīum capacem:q̄ cælo cōtinent:ſed proprium uigorem:celeritatemq; quodā igne uolucrē: ſcribere & legere ſimul dictare:& audire ſolitū accepimus:Epiſtolas uero tātaꝝ reꝝ q̄rernas libra/riis dictare:aut ſi nihil aliud agere ſeptēas dictare. Idem ſignis collatis quinquagies dimicauit.Nam p̄ter ciuiles uictorias undecies cētum & nonagīta milia hoīum occiſa prælīis & ab eo non equidē

κοίλου

in gloria posuerim tanta ẽt cocta humani generis iniura quod ita esse cõfessus ipse est bellorum ciuilium stragam non prodendo.

Cæter cætera cæterꝝ.cum.æ.diphthongo scribi cõsueuerunt.& ab alter altera alterꝝ deduci quidam putant alii uero sine diphthongo scribi uolunt: & græco trahi asserũt:quod ẽ ετερος ετερα ετερον in qbus cum apud antiquos græcos aspirato i uersu scriberet:q̃ similitudinem nostri continet putauerũt qdam.c.nostrꝝ eẽ & cæter cærera cæterꝝ traduxerunt ut uel alii dicũt secũdũ lr̃aturá græcá i masculino cæterus quod in usu non est.

Cæmeus cum.æ.diph.a multis scribit: & claritatem entis dictum perhibent ab aliis uero quasi cælimens interprætatur.

Cœnum cum.œ.diphtõgo ex deriuatiõe Prisciani scribit: qa a uerbo κοινω:qđ ẽ iquino trahitur:ut supra uidimus cum de syllabis in.b.tractaremus.

Hamilchar cũ.i.&.ch.aſpirato a græcis & emẽdatis latinis ſcribiſ:licet barbarũ cũ qbuſdã ſequẽtibus eẽ dicatur.hic cognomento Barca dictus ẽ: & fuit Hannibalis filius: & pater alterius magni Hannibalis:fuitq; carthaginẽſis ĩ extremis primi puni ci belli:& admodũ adoleſcentulus ĩ Sicilia ꝑeſſe cœpit exercitui:cũ ante eius aduentũ & mari & terra male res gererenſ carthaginenſiũ: ipſe ubi affuit nunq; hoſti ceſſit:neq; locũ nocẽdi dedit: ſæpeq; e cõtrario occaſione data laceſſiuit:ſemperq; ſuperior diceſſit:ut polybius hiſtoriãpliſſime oũdit.

Hamilcho ſimili modo ſcribiſ: atq; oia huiuſmodi barbara cum aſpitatione ſcribuntur.

Hannibal cũ duplicato.n.&.i.latio ſcribitur:fuit carthaginẽſis Hamilcharis filius q tãto cæteris ducibus prudentia ꝑſtare uiſus eſt.q̃to populus romanus cũctas gẽtes fortitudine anteibat:nã q̃docunq; cũ eo populo cõgreſſus ẽ ĩ Italia ſemp diſceſſit ſuperior:& niſi ſuoq; ciuiũ iuidia debilitatus eẽt: romãos uideſ ſuperare potuiſſe. Sed multoq; obtrectatio teſte Cornetio nepote deuicit unius uirtutẽ.hic minor quinq; & uigiti ãnos natus ĩperator factus ꝓximo triẽnio oẽs gẽtes Hiſpaniæ bello ſubægit:ſaltũ pyreneũ trãſiit:& ad alpes poſteaq̃ uenit:q̃ Italiã a Gallia ſeiungunt:quas nemo unq̃ cũ exercitu ꝑter Herculẽ trãſierat:ita itinera & loca lapidoſa ſtrues cõburẽdo:& acetũ iniiciendo patefecit ut ea elephantus oneratus ire poſſet qua antea unus homo inermis uix poterat repere:& cũ iã romanos tribus ꝑliis ꝓfligaſſet:ꝓgens ĩde pligures: & apœninũ trãſiliẽs petebat Hetruriã:quo itinere apud ea loca ubi nũc ẽ florẽtia:adeo graui oculorũ morbo affeciſ:ut dextrũ ꝑdiderit:uel ut alii dicũt nunq; eo bene uſus ſit:Qua ualitudine cũ etiã præmeref.Et getula ducẽ portaret belua luſcũ.C.flãmineũ cõſulẽ apud thraſumeũ cũ exercitu inſidiis circũuẽtũ occidit:inde ĩ Apuliã ꝓgens maxia clade romãos apd cãnas affecit:ſed tãdẽ ſemp iuictus cogitur a ciuibus ſuis Italiã relinq̃re:& opẽ pſtiæ afferre q̃ a.P.Scipiõe ꝑmebaſ: a quo ĩ Aphrica apud rhamã deuictus dũ ꝓ reparatiõe acerime eẽt occupatus carthaginẽſes bellũ cũ romanis cõpoſuerũt: deide cõgẽtibus romanis cũ ĩ exiliũ mitteretur:ad Antiochũ regẽ ſyriæ confugit: q cũ cõtra romãos bella pararet:& Hãnibalis cõſilia ſperneret; quem ſuſpectũ ſermões cũ Villio romanorũ legato apud Epheſum reddiderãt:a rõanis uictus Anthiochus & ad pacẽ coactus Hannibal ſignificauit illũ peti a romanis:q cũ aufugiſſet ad Pruſiã regẽ bithyniæ. & eodẽ mõ eius regis cũ romãis res ꝓcederẽt non illi ſimiliter romanoq; poſtulationẽ rex pſidus in

dicauit:ſed eum in romanorum manibus hoc eſt Titi Quinti:qui ob eam cauſam uenerat:ut Hãnibalẽ Romã captiuum duceret: ita tradidit ut uix tẽpus ſumendi uenenum: quod in annullo regio more gerebat:ei ſupereſſe poſſet:q̃ quidem annulus ut dixit Iuue.fuit cãnarum uindex ac tanti ſanguinis ultor & ſequit. Idemens & ſæuas curre per alpes. Vt pueris placeas:& declinatio fias hoc eſt illis pueris:qui ī rhetoꝝ ſcolis Hannibalis geſta pro declinationis ſuæ materia aſſumere conſueuerant deceſſitq̃ teſte Aemilio probo anno ſeptuageſimo uitæ ſuæ.

Harmonia cũ aſpiratiõe prĩcipi &.i.latino ſcribitur: dici poteſt a noſtris cõcẽtus ſeu magis proporcionalitas. Nã deſcẽdit ab ἁρμόττω qđ eſt coapto: fuit ẽt fœminæ nomẽ quæ filia fuit gelonis ſyracuſaꝝ regis:& uxor Themiſtii ſyracuſani:quæ deinde ut oĩs ſtirps regia tolleretur occiſa fuit.

Harmodius ſimiliter ſcribitur:& nomen fuit uirĩ proprium.

Harmodotus cũ.t.exili ſcribit: nomen fuit poetæ de quo nõnunq̃ plutarchus meminit.

Harmonides cũ.i.latino ſcribit:fuit troianus quem teſte Homero libro.v.iliados p̃cipuo quodã amore Minerua dilexerat:ideoq̃ nihil eum fugit:q̃ fabrili arte effici poſſit:is inter alia quæ fabre fecerat naues illas Alexandro ædificauit:quæ fuerũt malorum oĩum quæ troianis cõgerunt caput: perniciosas quidem ac mortiferas:ut cæteris troiãis ita ipſi ædificatori:quia deorum monita non intellexiſſent.

Harpalice cum unico.l.& .i.latio atq̃.c.exili ſcribit: fuit filia Harpali regis Thraciæ & amazonum regina:ut dixit Ser.ſuper primum æneidos: hæc cũ ſenem patrem captum audiuiſſet a getis:congregata multitudine ſubito impetu perrexit & patrẽ liberauit:quod tetigiſſe uidetur Vir.lib.æne.i.cum ait. Vel qualis equos threiſſa fatigat Harpalice uolucremq̃ fuga p̃uertitur hebrum.

Harpaſa cũ unico.ſ.ſcribit:oppidum eſt ī Aſia iuxta quod teſte Plin.lib.ii. naturalis hiſtoriæ cautes ſtat horrenda uno digito mobilis:ea ſi toto corpore impellatur reſiſtens.

Harpe ſimiliter aſpirat:fuit enſis falcatus:quo uſus eſt Perſius:unde Lucanus: Arpem alterius mõſtri iam cede rubentem:& ab ἁρπάξω quod eſt rapio nomen accepit.

Harpyia abſq̃ diphthõgo:&.y.græco &.i.latino cõpacta ſcribit:ſed aſpirandam eſſe oſtendit Heſiodus in theogonia cũ dixit ἁρπυιάς ita ut cum debuerit eſſe.t.ſimplex ſiue exili ꝓpter aſpiratiõnẽ ſequẽtis dictiõis cõuerſum fuit ī.o. qđ eſt aſpiratũ per modũ quẽ in præceptis explicauimus:unde & uerbũ a quo deriuatur ſimiliter aſpiratur:ut ἁρπάζω.i.rapio:& ponuntur a poetis latinis tres.ſ.Aello.Ocypete:& Celeno. ab Homero uero additur quarta.ſ.Thyella.

Harpalus cum aſpiratiõe & p unicũ.l.ſcribit:nomẽ eſt proprium ab ἁρπάζω deductum:fuit regis Cyri præfectus a quo teſte Iginio deducti fuerũt: qui ex terra phocide fugati ſunt & quidam alii ueliam in agro Lucano reſederunt:unde uelinus dictus ẽ portus:pars maſſiliam cõdiderunt:poſt annũ amplius ſexcenteſimum poſtq̃ Aeneas in Italiam uenit:ex quo reꝑhẽdit Virgilium Iginius: qui in.vi. Palinuꝝ inducit portum hunc Aeneæ denominare & ſimiliter nonnullis aliis ī locis:quæ correcturum Virgi.extimat:ut diffuſe gellius lib.x. noctiũ atticarum pertractauit.

Haſtrubal cũ.t.exili a græcis & nõ cũ.d.ut nonnulli ex nr̃is conſueuerũt ſcribi:frater Hãnibalis fuit.

Heautontimerumenon prĩa aſpirat:& reliquæ oẽs ſine aſpiratione ſcribuntur:& ſunt octo ſyllabæ eã græcam dictionem apud nos deſcribẽtes: q̃ Terentii unica comœdia inſcribi: ſignificatq̃ ſeipſum cruciantẽ:de quo ſane in ea comœdia ꝓtractat: nã cõponit ex hac dictione ἑαυτόν:q̃ apud illos aſpirat in initio & ſeipſum deſignat:atq̃ τιμωρούμενον:quod ſignificat cruciantem:qa participium ẽ huius uerbi τιμωροῦμαι:quod eſt uidicor & crucior:Sane reperi ſæpius ab antiquis: quibuſdam grãmaticis inductam eius modi inſcriptionẽ cum participio in datiuo:pro quo nos quandoq̃ ablatiuo utimur:uidelicet τιμωροῦμενῳ hoc ẽ ī ſeipſo uindicante ſeu cruciante hocq̃ plerumq̃.

Hebdomada cum aſpiratione principi:& unico.m. ſcribitur:dicitur a noſtris ſeptimana:nã deriuatur ab ἑβδομάς:qđ apud illos aſpiratur:& apud nos ſeptimum ſignificat.

Hebenum ſimiliter aſpiratur.& cũ unico.n.ſcribit idq̃ Herodianus de orthographia atteſtatur: arbor eſt quæ in ĩdia naſcitur. Vir. libro georgico.i. Sola india nigrum fert habenũ:nam eius lignũ teſte Plinio lib.xii.naturalis hiſtoriæ nigri ſplendoris ac iucũdi eſt:accendi Fabianus negat:uritur tamen odore iucundo: ac Herodotus etiam in Aethiopia comperiri dixit:cuius tributi uice regibus præſidis centenas phalãgas tertio quoq̃ anno penſitaſſe æthiopas cum auro & ebore prodidit: eſtq̃ generis neutri & fœminini:neutri qdem ut Virgi. ſola india nigrum fert hebenũ:fœminini uero ut Luca. Qui habenus inquit mareotica.

Hebe abſq̃ diphthongo ſcribit:dicitur a poetis Iunonis filia ſine p̃re. Nam cum grande conuiuium Apollo ĩ domo patris Iouis Iunõi nouercæ paraſſet & ipſa auide lactucas comediſſet agreſtes factũ eſt:ut ex illis grauida fieret cũ uſq̃ ī id tempus ſterilis perſtitiſſet:peperitq̃ deinde Heben:quæ quia formoſa erat ab ipſo Ioue pincerna cõſtituta eſt:& dea iuuẽtutis dicata:quæ deinde cũ ſemel ĩ deorũ conuiuio pocula miniſtraret:& caſu in terram caderet: ueſteſq̃ ſubleuarentur: ita ut obſcœna diis monſtraret:ĩdignatus Iuppiter eã ab officio amouit:& eius loco:ganymedem rapiẽs ſubſtituit poſtremo Herculi ĩ numero deoꝝ iam aſſumpto cõiunx datur:de quo Seneca ĩ octauia ĩquit deus alcides poſſidet Heben: nec Iunonis iam timet iras: cuius gener eſt qui fuit hoſtis:& Iuuenalis in ſatyra Exemplo quodcunq̃ malo ait. Nec puer iliados formoſa nec herculis uxor Ad cyathos.

Hebæus cũ.æ.diphthondo in penultima ſcribitur.

Hebrus tã a noſtris q̃ a græcis aſpiratur fluuius eſt trachũ celeberrimus q Ariſtotelis teſtimonio lib. ii.meteororũ ex mõte pindo naſcitur. Seruius ue-

ro ex Oeagrio fluuio patre Orphei q etiam ex eo dē monte pindo naſcitur profluere dixit: qđ Vir. tetigiſſe uidetur libro georgico.iiii.cū ait. Oegrius hebrus:& quia odryſſii montis niueseum plurimum augēt frigidiſſimum etiam reddunt quare dixit Virgilius in gallo.Si amore æſtuātes frigoribus mediis hebrum q bibamus nos tunc quoq refrigerari non poſſe:fuitq in illo proiectum Orphei caput & lyra.

Hecate cū unico.c.exili atq.t.abſq aſpiratione ſcribitur:ponit pro Diana:ſiue Luna ſeu Proſerpina. Nam hecaton apud græcos cētum ſignificat: quē numerum finitum pro infinito ei antiqui ob mirabilem potentiā tribuebant:quod tetigiſſe uidet Vir.li.æne.vi.cum ait Voce uocans hecatem cælo que erebroq potentem:ubi dicit Seruius hecate p ſerpina dicta eſt:aut quod centum uictimis placetur pro ut Menelaus conſtituit:aut quod centum annos errare faciat inſepultos.

Hecatombe ſimiliter per unicum.c.exile atq.t.ſine aſpiratione ſcribit:ſacrificiū erat centum bouum ut in p̄cedenti uidimus dictione Iuuena.in ſatyra. Natali coruine die:Exiſtunt q promittunt hecatōbem:quaſi hecaton.i.centum βουσ:quo uocabulo utitur & Homerus.

Hecatompylon cū.c.&.t.exilibus atq.y.græco ſcribitur:dici poteſt latine centum portaq πυλον.n. portarum deſignat. πυλοι portarum

Hector cum.ct.exilibus ſcribit:fuit regis Priami ex Hecuba a poetis oībus cantatiſſimus.

Hecuba cū unico.c.& illo exili ſcribit fuit regis Priami uxor.quā Homerus Dimātis filiā dixit:idq tetigiſſe uī Ouī.li.xiii.meta.cū ait.Ergo aliis latraſſe dimantida flebile uiſum eſt. Euripides uero nō dimantis ſed Ciſſei regis tharcum fuiſſe dixit:quē ſecutus Vir.li.ix.æne.dixit Ciſeis p̄gnans ignes enixa iugales:uidelicet cū pepererat Paridem:qa prægnans ſomniauerat ſe accenſam facē parere quæ patriam totam iflammaret:fuitq ſtatura grādi:& uirili aīo:pia & benigna:ſed amiſſo uiro patria & nobiliſſimis filiis:in canem conuerſa ponit ab Ouidio lib.xiiii.meta. ελλεω :colloco

Hedera cum aſpiratione & abſq aliqua diph. ſcribi debet arboris eſt genus eſt aliis arboribus uel muris inſidens:& ab ελρεω quod eſt colloco uel inſideo deducit:& nō ab hæreo uerbo latio.: ut qdam putauerūt:cuius primā diphthōgū habet & naturaliter pducit:& hedera primā corripit.hanc teſte Pli.lib.xvi.na.hiſto.negauerat Theophaſtos naſci in Aſia:nec in īdia niſi in mōte mero:quare Alexādrum ob raritatē ita coronato exercitu ob uictoriam ex India reduiſſe exēplo liberi patris cuius dei ut ille inquit:& tunc adornāt thyrſo galeas qnetiā ac ſcuta thraciæ populi ī ſolēnibus ſacris teſte feſto ī tutela liberi patris eſſe putabāt:qa ut ille iuuenis ſemp:ita hæc uirens:uel qa illa oīa ſicut ille mēſes hoīum illigat:ſed pḡit Plinius inimica arbor ſatis oībus:ſepulchraq ac muros rumpēs.ſerpencium frigori gratiſſima:ut miꝝ ſit illam ī honore ullo habitam.huius ut in ſequentibus ille idem oſtendit:ſpecies ſunt tres:eſt enim candida & nigra hedera:tertia uocatur hellix & ianum:rurſus & hæ ſpecies diuidunt in aliàs:quoniā eſt aliq fructu tātum candida:alia & folia ſimili modo & nigra alicui ſemē nigrum alii crocatū cuius coronis poetæ utunt foliis minus nigris: quam qdam myſiam: alii bacchiam uocant:hellix uero fructum non gignit:eſt & alia rigēs hedera:q ſine adminiculo ſtat ſola oīum geneꝝ:& ob id uocata cyſſos:de qua in ea dictione uidimus:& alia e diuerſo nūq niſi humo repens dicta chamecyſſos:ut ēt ī ſimili dictiōe uidimus:ut uero Seruius ī bucolicis dixit nigra āt uel alba hedere nō ex foliis ſed in ligno cognoſcit. & infra ſubdit Plinius hedera mira prodit natura ad experienda uina:ſi uas fiat e ligno eius uia trāſfluere:ac remāere aquā:ſiqua mixta fuerit: eadem teſte eodē Plini.in.eodē libro ſi teraf lauro uel laurum conterat:ignem admodum ſilicis & ferri cōcipit:ſane coronabantur hedera poetæ:cum in certaminibus ex īdicum ſententia approbati fuiſſent ut inuentum epigrāma apud Hiſtonium frentāorum oppidum ſaxo inſculptum his uerbis īdicat. L.Valerio pudenti.L.F.hic cum eſſet annoꝝ.xiii. Romæ certamine ſacro Iouis capitolini luſtro.vii. claritate ingenii coronatus eſt inter poetas latinos oībus ſententiis iudicum:huic plebs uniuerſa municipium hiſtonienſium ſtatuam ære collocato decreuit:ideo & de ſeipſo dixit Ouid.in.viii.de pōto. Tempora ſacrata mea ſunt uelata corona. Publicus inuito quam fauor īpoſuit:ſed q ex hedera coronarētur oſtendit Vir.in buccolicis cū ait. Paſtores hedera creſcentē ornate poetam Iuuenalis in ſatyra.Et ſpes & ratio īquit Qui facis in parua ſublimia carmīa cella. Vt dignus uēias hederis & imagīe macra.& pſius ſimiliter.Quoꝝ imagines lābunt hedere ſeq̄ces:& hoc ſiue a ſimilitudīe ppetui uiroris:ſiue qa libero patri hoc ē Baccho ſacrata ſit & poetæ ut bacchātes iſanire dicant: ſiue ut alii dicūt:qa ex una pte ſolioꝝ hedere uiridior ē quo famæ eternitas īdicatur:ex altera pallor quia poetas ipſos ex ſtudioꝝ labore conſeq uidebat: ut Perſi.in.i.ſaty. En pallor ſenūq.Iuue.ſimiliter de poetis q tpe mecœnatis florebāt locutus inqt. Tūc utile multis pallere & uīnū toto neſcī decēbri ita que cū triūphātes duces lauro coroārēt: & Augu. nō ſolū dux īclytus:ſed poeta clariſſimus fuerit:in qt ad illū Virg. Atq hāc ſine tpa circū. Inter uictrices hederā tibi ſerpere lauros:ſunt & q uelit nōnūquā poetas etiam myrto fuiſſe coronatos:ut ingenii accumen:& ſcriptoꝝ odor denotari poſſet.

Hegeſippus abſq aliqua diphthōgo &.i. latio atq duplicato.p.ſcribitur:nomen eſt uiri proprium.

Hegeſias abſq diphthōgo &.i.latino ſcribitur: fuit unus philoſophus cyrenaicus:q copioſe diſputauit de bono mortis:alter fuit ſtatuarius q teſte Quin. in.xii.duriora & tuſcanicis proxīa effingebat.

Hegeſipyle antepenultima cū.i.latio: & penultima cum.y.græco ſcribit:fuit teſte Herodoto li.vi. hiſtoriarum holori regis Thraciæ filia:quam Milcia des athenienſium dux accepit.

Helect q cū unico.l.&.ct.exilibus ſcribitur: græcū uocabulū eſt ab ηλιοσ qđ ē ſol deductū: ut uidebimus in dictione heliades:& eſt ſuccus ex arbore pinei generis profluens:& ob id a latinis ſuccīum ηλιος ſol

appellatum:a cuius coloris similitudine puto eam mixturā helectrū dici:quæ ex parte quadā auri & argenti conficitur:dicente Plinio libro.xxxiiii. naturalis historiæ:augē in quo quita argenti portio est:helectrū uocatur:& si quintam portionem excesseris inducibus non restit:& ut pergit est etiam helectro auctoritas Homero teste: q Menelai regiā auro helectro argento ebore fulgere tradit mineruæ templum habet lyndos insula rhodiorum in quo helena sacrauit calicem ex helectro.

Helicon absq; diphthongo & cum unico.l.atq;.i.latino &.c.exili scribitur.unus est ex iugis parnasi: q & alio nomine cyrrha dictus est.fuitq; Apollini facere:ut in dictione parnasus uidebimus.

Helios cum.e.absq; diphthōgo & unico.l.atq;.i.latino scribitur:dicitur a nostris Sol:& ide heliades heliogabalus & plura alia deducuntur.

Heliogabalus cū simplo.l.atq;.i.latino scribitur: fuit naturalis filius Antoni Caracallæ:illiq; eo tpe ex Semiamira formosissima fœmia ap̄ phœnices genitus quo pater eius seuerus cū partis bellum habuit:hic cum adolescentulus esset.factus est sacerdos Solis apā phœnices unde.Heliogabali cognomē adeptus est.Nam helios ut dixius:sol est: & gabalus teste Seruio superseptimū æneī.illius ꝓprīū nomē fuit:uel ut alii dicūt lingua phœnica sacerdos deinde artificio matris ad iperiū apud Antiochiā assumptus ē interfecto.s.Macrino:q firmata iā pace cū parthis libidinose cū illa uiuebat.Quā ad urbē ueniens Heliogabalus a senatu ipetrauit: ut mater in ordie senatorio locaret:q̄ prima fœmina in eo ordine fuit:ut hæc & reliquā Heliogabali spurcissimam uitā Helius lāpridius pertractauit.

Heliopolis cū simplo.l.&.i.latino utrobiq; scribit: ciuitas est Aegypti:quæ a græcis teste Diodoro siculo Thebæ dicitur:huius ciues teste Herodoto libro historiarum.ii.apud ægyptos omnium sapiētissimi habent altera est in Cilicia patria Crysippi stoici:ut ostendit Solinus cū de Cilicia tractat.

Heliadee cum unico.l.&.i.latio scribitur: patronymicum ē fœmininū ductum ab helios q ē Sol.Nā sorores dicuntur Phæthontis:quæ fraterna funera iuxta eridanū deplorātes cōuersæ dicūt i alnos dicente de illis Virgilio in fileno: Atq; solo proceras errigit alnos:uel i populos:ut dixit Oui.q̄ sane arbores ut aiunt cū sol torrēs Iunio Iulioq; mensibus cancrū atq; leonē attingit æstu ualido fissis corticibus succum sui liquoris i eridanū fluuiū iaciūt:q cum in lapidē obduceret electrum dicitur quia Sol helios appellatur:& illud exui solis origi nem ducere dicūt:unde Oui.li.met.ii.Stillataq; sole rigescūt De rāis electra nouis:q̄ lucidus ānis Excipit:& nuribus mittit gestāda latinis:hocq; prius græci poetæ fere omnes dixere ut Aeschilus:polyxenus:Euripides:Satyrus:& Nicander:quod sane dictum ut ait Pli.lib.xxxvii.naturalis historiæ falsum ē Italie testimōio patet:ubi electrū nasci nūq̄ compertū est:quare infra subdit certū ē gigni in insulis septentionalis oceani.& a germanis appellari glessum.ob quod nostris unā eaq; insularum glessaria est apellata:Germanico Cæsare ibi classibus rem gerente:& subdit:Nascit ā defluente medulla ex arboribus pineigeneris:ut gummi in cera sis: resina in pyris errupti humoris abundantia. Densatur rigore uel tpe aut mari cū intumescens æstus rapuit exisulis:& infra subdit.arboribus succū ēt eē prisci nostri credidere.ob id succinū appellātes sed famā rei priscis poetis teste eodē Pli. fecere proxie pannoniæ id accipientes circa mare hadriaticū:& pado ennexa fabula fuit:quia trāspadani nonq; agrestes fœmīæ succina decoris gratia maxime gestare cōsueuerant:ac ēt hodie obseruant:uerum cū ex illis p̄ciosa pocula succauarent:dixit Iuuenalis i satyra:Si te propositi: Ipse capaces heliadū crustas & inæq̄les berillos:uidelicet ob sculpturæ artificiū:uel ob aliaq; gemmarum ornamenta nam ut subdit Birrho ut multi gēmas ad pocula trāsfert digitis:q̄s in uagia frōte solebat Ponere ze lotypo iuuenis prælatus Hiarbæ regi mauritanie cui iuuenis Aeneas p̄latus fuit:de quo Virgilius libro æneidos.iiii. Ast illi stelatus iaspide fulua ensis erat:& reliqua q̄ hunc Iuuenalis locū explanant.

Heliotropia cum.i.latio utrobiq;:&.t. exili scribit: herba est quæ admotū solis conuertitur. & componit ab helios:quod est sol:& τροπη conuersio: ab aliquibus heliotropium scribitur.

Helichrysios cum.ch.aspirato sequente.y.græco in eadem syllaba scribitur:secūdum nonnullos: flos est:q teste Pli.li.xxi.natu.histo.habet folia auro similia:& tenue cauliculum grādeq; sed dulce:& cōpōitur dictio ex ἑλιος qui est Sol:& chrysos auge quasi aureus flos eē uideatur:& propterea rectius scribitur sine aspiratione in pricipio.

Heleus cū unico.l.scribitur.nomen fuit Bachia ciuitate Helidis:ubi plurimū honoratus fuit tractu.

Helicopolis cū unico.l.&.i.latio utrobiq; atq;.c. exili scribitur nomen fuit nymphæ.

Helena cum aspiratione principii & unico.l. scribitur:habetq; apud græcos accētum in pēultia quē teste Seruio sup.viii.æneidos commutauit in primā:de quo in dictione.psodia causam uidebimus fuit filia tindari ex Leda.quæ teste Georgia ex sua admiranda pulchritudie uisa est filia Iouis: quam prio uirginem Theseus rapuit:sed itacta fratribus restituta fuit.nupsit deide Menelao:& uiro abscēte a Paride itez; rapitur: post cuius mortē nupsit Deiphobo fratri paridis: tandem post Troiæ excidum redditur Menelao:qui nauē cum illa ascendit patriam periturus, sed acti tempestatibus in ægyptum ad regem quem Homerus polibum uocat deuenere:unde descendentes.atq; octo annis errātes:ut testis Eusebius in patriam tandē reducti sunt lōge ante mortuo Agamēnōe:& illis forte diebus Aegisthō.Sane ex antiqs grecis scripsere nonnulli illam nequaquam a Paride raptā fuisse: sed aliam causam troiāi belli extitisse: quod.s.Hercule quærentem illam olim raptam a Theseo & pthco regi Aegypti cōmendatam suscipere uoluerūt:ad quam petēdam Menelaum ad Aegyptum post bella troiana profectū ferunt:hocq; ex relatu porphyrii in qbusdam glosulis super Homerum accæpit.Sed q̄ supra diximus poetæ omnes græci quos legimus latiniq; confirmant eandē fuisse immortalem ex lōga ætate computare uoluit Serui-

us ſuper ſecundum æneidos dicens cõſtare fratres eius cũ argonautis:fuiſſe argonautaꝝ: uero filios cũ thebãis dimicaſſe:quoꝝ iteros filios cõtra Troiam bella geſſiſſe:ſed utcũqꝫ res fuerit rettulit Iſocrates illã ſenio iam cõfectam:& in rugas faciẽ cõtractam:ꝑ ſpeculũ iſpeciẽtem uiros illos fortes:ſeu heroas & ſemideos: ut uerbis Homeri loquar:lõgo riſu ridere cõſueuiſſe:q pro tam caduca tãqꝫ fallaci re tanto ardore ac ptinacia depugnaſſent non ꝺ.ob aliud pugnaſſe ab Home.dicunt ꝙa reſtituta Helena ſe receſſuros ꝓmittebãt.Qui uero illam fleuiſſe dixit:cũ ait li.xy.metamor.

Fert quoꝫ ut in ſpeculũ rugas conſpexit aniles.
Tyndaris & ſecum cur ſit bis rapta requirit.

Helenius cũ unico.l.&.i.latino ſcribit: flos dr teſte Pli.li.xxi.na.hi.ex lachrymis Helenæ natus:& iõ i Helena iſula ut ait laudatiſſimus ẽ ãt frutex humi ſe ſpargẽs drodãtalibus rãulis folio ſimili ſerpillo.

Helcus cũ.c.exili ſcribit:id eſt qđ a nõnullis ex noſtris hulcus ſcribitur.

Helorus cũ unico.f.ſcribit:fluuius eſt Siciliæ teſte Pli.li.iii.natu.hi.q cãpis ut Nilus ſup fundit:dicẽte etiam Vir.li.iii.æne.Exupero præpingue ſolũ ſtagnantis helori.

Helops cũ unico.l.ſcribit:piſcis eſt:quẽ teſte Quintiliano li.v.de iſtitutione oratoria ait ſcarum noſtro mari nõ ducas:unde Columella li.ix.ait.pamphylio profundo & nec alio paſci.

Heliſabet cũ unico.l.&.i.latio atqꝫ.t.exili i fine ſcribit:nomen hebreæ fœminæ proprium.

Hellin cũ duplicato.l.&.i.latio ſcribit:fuit Ariſtarcho teſte ſuper decimũ odyſſeæ Deucalionis filius a quo græci hellines uocirati fuerunt:ut uidebius in dictione Pyrrha.

Hellas cũ duplicato.l.ſcribit:regio eſt:de q̃ i dictiõe attis plene uidius:& teſte Pli.li.iiii.na.hi.ab Iſthmi anguſtiis ĩcipit:a nr̃is appellata græcia.ſic quoqꝫ a græco rege:q prius illa regnauit:a cuius filia uocata ẽ Attis:deide ab Helline Deucaliõis & Pyrrhæ filio dicta fuit Hellas:ſed nos antiqus nomẽ ſeruamus.ac græciam dicimus.

Helle huius helles cum duplicato.l.ſcribimus : fuit Athamantis argiuorum regis filia : & Phryxi ſoror:ut uidebimus in dictione phryxus.

Helleſpontus cũ duplicato .l.&.t.exili ſcribit: mare eſt illud ſtrictum:quod a Tenedo uſqꝫ ad propõtidem uergit ad helle denoiatũ : ut uidebimus in dictiõe phryxus:& inde helleſponticus & helleſpõtiacus:Vt Vir.li.geor.iii.helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.

Helleboꝫ cum duplicato.l.ſcribit:herba eſt medicinalis:q̃ plurima naſcit in Anticyra iſula ut in ea dictiõe uidius:& uocat teſte Pli.ii.xv.nat.hi.apud italos ueratꝫ:ſunt q̃ teſte Aulo Gellio li.xvii. due eius ſpecies coloris iſignes cãdidi & nigri:q nõ i ſente neqꝫ in uirgultis: ſed in radice dignoſcuntur:de qbus plura ſcribuntur.

Hellix cum duplicato.l.&.i.latino ſcribitur:genus ẽ hederæ:ut in ea dictione uidimus : quæ apud nos lubricum indicat.

Hemis cũ aſpiratiõe pricipii &.i.latino ſcribit:apd nos traducit:ut plurimũ ſemis:nã græce ſcribitur ĩxic cuius aſpiratio in.ſ.noſtrum conuerſa fuit & ultima littera abiecta.

Hemicyclus componitur ex hemi qđ ẽ ſemis & cyclus abſqꝫ aliq̃ aſpiratione &.y.græco:qđ eſt circulus:quaſi dimidius ſit circulus.

Hemina cum aſpiratione principii &.i.latino ſcribitur:genus eſt uaſis quo uinũ uel frumẽtum uendebatur:& ab hemis deſcendit qđ ẽ ſemis:quaſi media ſit ſextarii:quod Gellius lib.tertio noctium anticarũ oſtendiſſe uidetur:quũ de dimidio & dimidiato loquens inquit ſi ſextario hemina fuſa ẽ nõ dimidiatũ ſextarium fuſum dicendum eſt ſed dimidium.Perſius in ſecũda ſatyra : Fregerit heminas arreti ædilis iniquas:unde accentũ detinet ĩ pe nultima & inde herminaria q̃ſi mediocris dici põt Quintilia.libro ſexto de inſtitutiõe oratoria. Fabius maximus incuſatus Auguſtæ cõgiarioꝝ quæ amicis dabãtur:exiguitatem heminarium eſſe dixit:ſane cõgiarium id uini eſt:qđ a principe aliquo douí gratia in populũ dat:eſt etiam menſura quædam:ut Paulus iuriſconſultus de fundo inſtructo & iſtrumento legato oſtendit cum ait : item urnæ æreæ:& congiaria ſextaria.

Hemiſpærium cum.i.latino utrobiqꝫ ſcribitur: dicitur a noſtris media ſpæra.

Hemiſtichos cum.i. latino utrobiqꝫ &.t.exili atqꝫ .ch.aſpirato ſcribitur:dicitur a noſtris medius uerſus:nã ἡμιστίχιον græce latie uerſus dr:ſed in neutro poſuit.Ser.ſup.i.geo.cũ ait.& ẽ Vir. hoc hemiſtichon unum de multis:unde etiam a multis hemiſtichium nuncupatur.

Heniochus cum.i.latino &.ch.aſpirato ſcribitur:dicitur a noſtris auriga.

Heracleus cum.c.exili &.e.in penultima ſcribitur: nomen fuit nonnullorum imperatorum romanorum compoſitumqꝫ eſt ἥρα quod ẽ Iuno:& κλέος gloria:quaſi Iunonis ſit gloria.

Hera cũ.e.abſqꝫ diphthõgo & unico.r.ſcribit: dicit latine iuno:quo uocabulo etiam antiqores noſtri uſi ſunt:ut Ennius in oratione Pirrhi cũ captiuos romanis reddidit. Ferro non auro tandem certemus utrinqꝫ.Vos ne uelit an me regnare hera qui due ferat ſors uirtute experiamur.

Heraclea cũ.c.exili ſcribit : & cõponit ex hera quæ eſt iuno & cleos gloria:quo noie plures urbes cognominatæ fuerũt:nã una eſt ĩ radicimus montis Oatæ in plano poſita:quã Aſaris flumen afluit : ut oſtendit Liuius libro quinto de bello macedonico alia fuit in Propontico: quæ prius Perinthus uocabatur:& ut quidam ferunt ab heraclio conſtantinopolitano ĩperatore heraclea cognominata fuit:in hac fuit amphitheatrũ unũ ex ſeptem ſpectaculis orbis:alia fuit in ponto poetioꝝ colonia : alia in Italia in finibus campaniæ.

Heraclides cũ.c.exili &.i.latino ſcribitur: fuit heracleotes philoſophus ex ponto & filius Euthyphonis fuit uir diues q athenas ꝓficiſcẽs Speuſippum primo audiuit:& licet ẽt pythagoreoꝝ fuerit auditor:Platonẽ tamẽ imitari ſtudebat:molliori ueſte utebat:fuitqꝫ adeo tumens:ut attici non ponticum ſed ponticum uocarent:fecit dialogos plures & tragœdias: Sunt q aſſerant illũ patriã & tyrãno

liberasse:eo.s.necato.ut testat Demetrius Magnesius:q insup addit draconē illum nutriuisse: & cū iam moriturus eēt iussisse cuidam ex necessariis:ut corpus occuleret:draconem lectulo supponere ut putaret ad deos migrasse:quo facto efferentibus: Heraclidem ciuibus eūq laudibus ꝓsequentibus: draco clamore audito ex uestibus prodiēs multos perturbauit:postea manifesta sunt oīa.Idem de illo hippotus rettulit.Fuere heraclides quattuordecim:primus hic ipse.Secundus conciuis huius:qui pyrrhicas nugas cōscripsit.Tertius cumāus q persica quiq libris absoluit.Quartus cumāus orator q artes rhetoricas scripsit.Quintus alexādrinus.Sextus itidem alexandrinus ꝓsicaꝝ proprietatum scriptor.Septimus dialecticus Bazileites:q contra epicurum scripsit.Octauus medicus icelium.Nonus medicus tarentinus empericus.Decimus poeta q ꝑcepta cōscripsit.Vndecimus sculptor phocensis. Duodecimus argutus epigrāmatum scriptor.Deciustertius magnesius q mitridatia scripsit: Quartusdecimus q de astrologia libros composuit.

Heraclitus cū.c.&.t.exilibus atq;.i.latino scribit: fuit Ephesius philosophus Blisonis:siue ut alii dicūt Heratonis filius:hic teste Laertio iter cæteros elate aio fuit:& oēs cōtemnēs dicebat Homerum dignum ut de certaminibus eiecereť:colaphisq; cæderet:nec aliquem audisse ferunt sed p se oīa dedicisse de repub.& de theologia disseruit:& librū illum in templo Dianæ reposuit obscure scriptū, ut soli docti intelligerent:ne si uulgo tractaret fieret cōtēnibilis:noluit ad Darium Hystaspis filiū & regem Persaꝝ accedere:q eum benignissime p epistolam conuocabat:secessit deīde i montes & ibi olera comedēs:decidit in morbū itercutis: quare i urbē rediens scitabat medicos per ænigmata: an posset ex imbre siccitatē facere:illis non itelligentibus itroiens in stabulū bouinū:& se fimo bubalio obruens:credens illo calore posse humorem exsiccare interiit:sexagesimū annum agens:fuitq teste Hermippo sepultus in foro.Quinq fuerūt Heracliti:primus hic secundus poeta lyricus:tertius halicarnaseus uir elegās:quartus lesbius q macedonū scripsit historiam:quintus ridiculus uir.

Hercules cū.c.exili & unico.l.scribit: & iterpretat ηρασ.i.Iunonis κλέοσ gloria:q̄si illa ꝓsequēte magnam gloriā sit consecutus:& dr̄ a poetis oībus Iouis ex Alcmena filius apud Trycinthiam urbē natus & educatus:& ut dixit Macrobius libro saturnaliū:non existimens Alcmenæ apud Thebas boetias natū solū uel primū Herculē nūcupatū: imo post multos atq; postremos ille hac appellatiōe dignatus:ē honoratusq; hoc noīe.qđ multa fortitudie nomē dei promeruit Varro ēt cum nomīasset quadragīta tres Hercules adiecit postea q oēs qui aliqd fortiter fecissent Hercules uelut appellatiuo noīe dicti fuerunt.Sed huic q Iouis filius dictus fuit:cūcta poetæ absq; alioꝝ differētia tribuunt:itaq; eius laudes & duros mille labores diuinæ.Vir.lib. viii.æne.prosequtur:Vt prīa nouercæ.

Monstra manu geminosq; ꝑmens elisserit angues.
Vt bello egregias idem desecerit urbes.

Troiamq; œchaliamq;:& subdit:Tu nubigenas inuicte bimembres.

Neleum pholeūq; manu:tu cresia mactas.
Prodigia:& uastum nemeæ sub rupe leonē: & reliqua q̄bus Martia.li.iiii.epigrammatum alia superaddidit dicens.

Si cupis alcidæ cognoscere facta prioris.
Discе:lybin domuit:aurea poma tulit.
Peltatam scythico discussit amazona dono.
Aeripidem syluis ceruam:stymphalidas undis:
Abstulit à stygia cum cane uenit aqua.
Fœcundam uetuit reparari mortibus hydram.
Hesperias tusco lauit in amne boues.

Hercynii cū.c.exili seq̄nte.y. græco atq;.i.latino in penultima scribit:populi sunt teste Herodoto uetus pelasgorum colonia.

Hercynia eodē modo scribi existimo:sylūa ē teste Pomponio mella in Alemania maxima: quæ dierū.lx.iter occupans:ut maior aliis syluis quæ i germania sunt ita notior.

Hermagoras in initio aspirat:Sane maiores nostri non in as sed in.a.finiebant:ut Cicero in rethoricis & i Bruto Hermagora semper scripsit:ꝙ teste Quinti.non temere masculina græca i.a.atq; in.s. littera exire recto casu patiebātur:unde ab ātiquorū plærisq; Aenea & Anchisa scriptū fuisse dixit: & Pelia ꝓ pelias apud Celium legebatur: & apud Messallam bene fecit Euthia:fuit itaq; Hermagoras rhetor græcus:& teste Quintiliano circa finē tertii libri de institutiōe oratoria:uir qdā subtilis: & in omnibus admirandus.

Hermes cū aspiratione principii scribit:dicitur a nostris Mercurius:quia mercibus præesse asserit sed proprie interpres traducit.Virg.lib.æneidos.iiii. Nunc etiam interpres diuū ioue missus:& ut Cotta pōtifex apud Ciceronem de natu.deorum ostēdit quinq fuerunt Mercurii:quorum quattuor p ordinem enumeratis quintum eum fuisse dixit:A quo sit Argus occisus:ob eāq cām in ægyptū profugisse tradidit:a quo apud eos prius anni mēsis: hoc ē septēber nomē accæpit.Idē oppidū cōdidit: qđēt nūc græce hermopolis:hoc ē Mercurii ciuitas nūcupat:q tā & si hō fuit ātiqssimus:tamē & instructissimus i oī genere doctrinæ:adeo ut ei multaꝝ reꝝ & artiū scia Trimegistro:hoc est ter maximo cognomē iponeret scripsitq; libros multos ad cognitionē diuinaꝝ rerum ꝓtinens:q adhuc apud græcos extāt & quoꝝ magnā partem ergo plegi.

Hermaphroditus cū.ph.aspirato.i.latino &.t.exili scribit:fuit Mercurii filius ac Veneris:ex quorum noībus cōpositū ipse nomen habuit:nā hermes ut uidimus ut Mercuri.& aphros spuma.i.Venus: q̄ ex maria spuma nata dr̄. de quo Oui.li.me.iiii.ait

Et pater & genetrix amboꝝ nomē habenti: quin oēm illius explicat fabulam:& iā pro eo qui utrūq; sexum habet accipi consueuit.

Hermenia cū.i.latino i penultima scribit: dr̄ a nostris interprætatio:& inde perihermenias hoc ē de interprætatio liber quidā Aristotelis inscribitur.

Hermione cū aspiratiōe prīcipii &.i.latino scribit: fuit Menelai filia ex helēa cōiuge:q̄ puellula adolescētulo horesti Agamēnonis filio desponsata fuit:sed cū Aegistus regiā Agamēnonis occupasset & Ele-

ctræ industria eius manus euasisset horestes ut ret
tulit Sophocles ī Electra cōcessit illā Aegistus Pyr
rho filio Achillis:q deide ab horeste iterfectus.: ut
ostendit Vir.in.iii.ænei.illam ad se reduxit.

Hermus cū aspiratione prīcipii scribitur:fluuiuses
lydiæ teste Seruio:q arenulas aureas duxit: dicēte
Vir.lib.geor.ii.Atq; auro turbidus hermis & teste
Herodo.li.i.apud sardis fluit:q̄ ciuitas fuit ī lydia:
& Crœsi regio:ut in ea dictiōe uidebimus.

Herne cū aspiratione prīcipii ab antiqs scriptū com
peri:nec græcū est:sed teste Seruio super.vii.ænei.
sabinū uocabulū:q a græcis originē habuerūt: & ī
dicat saxa.unde hernici mōtes.i.saxosi dicunt Vir.
uero ad maiorē exp̄ssionem iquit:hernica saxa co/
lunt:quos diues anagnia pascit.

Heros cū aspiratione principii scribitur: & itelligit
apud nos uir fortis & semidens:hoc ē plus hoie de
tinens:ut ait Hesiodus:ex quo herois patronymi/
cum uoce & declinatione fœminīnū deducit Oui.
li.ii.de sine titulo.Tu quia tam longa es ueteres he
roidas æquas.

Herodotus cū aspiratiōe prīcipii &.t.exili scribit fu
it historicus græcus oībus p̄ferendus:cuius histo/
riam magna cū uoluptate semp legi. nā teste etiā
Quintī.est dulcis candidus & diffusus scripsit hi/
storiam suam teste Pli.li.xii.na.histo.anno urbs ro
mæ tricentesimodecimo.

Herostratus cū aspiratione & reliqs sine aspiratiōe
scribit.& ualet & iterprætari heros exercitus: fuit
uir scelestus & ignaus:q ut nomē memoria scele/
ris ppagaret:īcēdiū nobilissimæ fabrice tēpli ephe
siæ Dianæ manu propria struxit, sicut ipse cōfes/
sus est uoto adipiscendæ famæ latioris:quo die ale
xander magnus natus est.post Romam conditam
anno trecentesimo octogesimoquinto.ut annota/
uit Solius qđ postmodum ut idem refert ephesii
ad cultū augustiorē reformauerunt Democratæ
architecto.q alexandriam in ægypto iussu alexan/
dri metatus fuerat:ut late de illo Vitruuius in.pœ
mio lib.ii.de architectura:scripsit.

Hersilla cū.i.latino utrobiq; scribitur : fuit Sabina
Romuli uxor.

Heptamemeris uel heptimemeris mutatiōe.a.in.i.
latinū cū aspiratione &.t. exili scribit cæsura q̄dā
est cum syllaba naturaliter correpta in uersu.pdu/
cit qđ fieri solet in principio quarti pedis uel septi
mæ syllabæ:si tres spondei p̄cedant:quasi septima
dicat diuisa ps.nā ab επτα quod ē septem:& μερι
ζω quod est diuido componitur.

Heptaporus cū aspiratiōe prīcipii:&.t. exili scribit
fluuius fuit Troiæ:ut ostendit Hō.circa initium
libri.xii.iliados:nam componitur ab επτα quod
est septem & πορος meatus.

Hesiodus cū aspiratione prīcipii:&.i. latino scribit
fuit poeta antiqssimus Dii filius ex Pycimide uxo
re:q cum æoles cumæi essent:& paupertate nimia
eo in loco grauarentur:relicta patria ad sacram ui/
cum boeticorum confugerūt:ut græci oēs Hesio/
di expositores attestāt:& subdit cū oues p̄ris ī par
naso monte depasceret:raptus a musis ex lauro he
liconis coronatus:& poeta ab illis cōstitutus ē qđ
Oui.li.fa.vi.tetigit cū ait.Ecce deas uidi:non quas
præceptor arandi.Viderat:ascræas cū sequæretur:
oues:& Vir.in buco.ad Gallum.

Dixerit hos tibi dant calamos:an accipe musæ.
Ascræo quos ante seni:quibus ille solebat.

Cātādo rigidas deducere mōtibus ornos:& ut di/
xit Pli.lib.xiiii.nat.histo.primum ipse fuit:qui de
agricultura meretrice scripsit:quē secutus Vir. ait
li.geor.i. Ascræumq; cano romana per oppida car
men scripsitq; etiam ex his.quæ habemus theogo
niam.& aspida.Hunc fuisse temporibus Homeri
ostendit Gellius ex epigrammate.quod apud heli
conem in tripode musis Hesiodus ipse dicarat:cui
ut dixit Quinti.datur palma in illo mediocri ge/
nere dicendi:quod intelligo apud græcos:nam iu
dicio meo supereminet Virgi.

Hesperus cū aspiratiōe prīcipii scribit stella ē seroti
na:ut Virgi.in ultimo bucolicorum tetigit cū ait:
Venit hesperus ite capellæ & illa eadem quæ dicit
uesper:idem li.i.georgico.Quid uesper serus ue/
hat:qn & uesperugo ab aliqbus noīatur: ut Plaut.
nec uesperugo nec uirgiliæ occidunt.a quo dedu/
ctum:ē uocabulū uespa & uespilio p̄ his q funerā/
dis corpibus officiū gerūt:nam ut ait Festus. non
sic ab eo paruo uolatili dicunt:sed qa uesp̄tino tē/
pore eos efferūt:qui funebri pompa duci propter
inopiā nequeunt:ut Martia. Qui fuerat medicus
nūc ē uespillo diaulus. simili mō & ueptilio quia
uespe uolet.Rursus & illa eadē excogitata stella a
Pythagora primū fuit:quæ ante solē oriri conspi/
cit:& quæ tunc quoq; Lucifer nominatur:ut Vir
gili.in Damone nascere præquediem ueniens age
lucifer almū.q græce φωσ φορος dī:a nobis ēt nō
nūq̄ iubar trāsfert:eo q; eius splendor in modū iu
bæ leonis diffundat:fuit ēt cognominatus hesp̄us
Atlantis fī:a quo q̄ nūc hispania:tūc quoq; hesp̄ia
dicta fuit:qn ab eodē italiā hesperiā fuisse antiqtus
noīatam graii auctores attestantur.

Hesperides cū aspiratiōe prīcipii &.i.latio scribitur
fuerūt teste Seruio sup.iiii.ænei. Virgilii Atlantis
filiæ.Lactātius uero grāmaticus sup.vi.thebaidos
dixit illas filias fuisse hesperi fratris atlantis qđ ēt
ipsum nomē īdicare uī:hæ a poetis amœnissimū
uiridariū custodire:cū insomni dracone dicebant
in quo aureæ erant arbores aurea mala tenentes:
q̄ teste Ouidio lib.metamor.iiii.quia Temis præ/
dixerat a quodā nato iouis diripiēda eē. Atlās po/
mariū montibus circūspexit.Sed tādem hercules
ad illa rapiēda ab Eurystheo missus occiso draco/
ne aurea mala tulit:dicente Luca.lib.ix.ubi de hoc
horto plura locutus est.

Abstulit arboribus præcium memoriq; laborē.
Alcides passusq; inopes sine pondere ramos.
Rettulit argolio fulgētia poma tyranno. Sane de
horto & dracōe qd fidei ratio attulerit:teste Solio
hoc est flexuoso iqt meatu æstuarium ferte mari:
adeo sinuosis lateribus tortuosum: ut uisentibus
p̄cul lapsus anguineos fracta uertigie mētiatur:&
hoc hortos appellauere circūdat:unde pomoq; cu
stodē iterp̄tantes struxerūt iter ad mēdaciū fabu/
landi:cū ut pgit īsula sit:q̄ p̄ter arbores oleastris si
miles:& arā sacram herculi nihil aliud p̄ferat:quo
p̄paget uetustatis memoriā.idē Pli.lib.natura:hi/

sto.v.& Martia.lib.vi.rettulerũt. Alii uero putant ouium greges ibidem fuisse:q̃ purpuream lanam producentes:ab hercule rapte fuerũt & cũ græce latine ouis dicat:occasionem fabulæ de malis aureis dedisse perhibent:dicẽte Ouidio ĩ p̃noia to lib.iiii.de Atlante.

Mille greges illi totidẽq; armenta per herbas.
Errabunt:& humum ĩ uicinia nulla præmebat.
Arboreæ frondes auro radiente micantes.
Ex auro ramos ex auro poma tegebant.

Heterõ cũ aspiratione pricipii &.e.absq; diphthongo atq;.t.exili scribit:dr̃ a nostris alterum atq; reliquum & ut qdã putant deductũ ẽ cæterum ita ut aspirato in.c.nostrum iuxta similitudinem scripturæ cõuersa fit:& ob id cæteꝝ ac cætera absq; diphthongo scribenda esse cuius contrarium consuetudo longa obseruauit.

Heteroclitum cũ.c.&.t.exilibus atq;.i.latio scribit. dicis põt a nostri quasi alternæ declinatum : nã ex ετερος & κλιτος declinatũ componit.

Heterogenus uel heterogeneneus eodẽ mõ scribit: & cõponit:dici põt alterius generis.

Hetruria cũ aspiratiõe pricipii &.e.absq; diphthongo atq;.t.exili &.i.latio scribit prouicia est Italiæ:q̃ & si aliqbus terminis apud antiqssimos designabatur:ab hetruscis tamẽ & latinis altero termio designata fuit dicẽte Liuio li.i.ab urbe pax iter hetruscos & latios ita cõuenerat:ut hetruscis latinisq; albula quem nũc tyberĩ uocant finis esset.hæc Liui. unde Seruius sup.xi.æne.id Virg.exponẽs hetrusciq; duces:eqtumq; exercitus ois ait hetruria dcã q; eius fines protensi sunt usq; ad primã ripã tyberis:& subdit:nã heteron est alteꝝ:& oros finis uocatur:hæc ille:at cõstat heterõ cũ aspiratiõe scribẽdum eẽ sed ut ait Seruius. Roma antea unã tantũ tyberis ripã tenebat:ut Iuue.Imperii fines tyberinum uirgo notauit:ut uidĩus ĩ dictione chloelia.

Hexameron cũ aspiratione pricipii &.i.latio scribitur.ut.s.more græco dictio ipsa resonat : licet ubi nos.i.latinũ græci.h.habeãt qđ ĩ.e. nostrũ cõuerti cõsueuit:significatq; apud nos sex dieꝝ nã cõpõit ex ἑξ qđ apud nos dicit sex:& ημερον dieꝝ:iter aqs cõpositas dictiões a cã euphoniæ iterponitur.

Hexametrum similiter cũ aspiratione &.t.exili scribit.nam componit ab ἑξ quod ẽ sex: & metro mẽsura:quasi sex pedum.

Hexagoniũ simili mõ aspirat & cũ.i.latio scribitur: dr̃:quasi sex angulorum.

Hyas cũ.y.græco scribit:fuit filius Atlantis ex Aetra de quo in sequenti dictione uidebimus.

Hyades cũ.y.græco scribit:fuerũt quinq; Atlantis filiæ quas ex Aethra susceperat:fuit Oceani & Tetyos filia:& ante illas Hyam filiũ uirilis sexus:dicẽte Ouĩ.lib.fasto.v.

Nondũ stabat atlas humeros oneratus olympo.
Cum satus est forma conspiciendus hyas.
Hunc stirps oceani maturis mensibus æthra.
Edidit & nymphas:sed prius ortus hyas:
Hic cũ semel uenaret a læna interfectus est quẽ sorores adeo fleuerunt.ut omnes qnq; occubuerint a quo hyades cognominatæ sunt:ut testis Musæus poeta græcus:q̃ deide miseratione derum in cælum:translatæ in ore tauri collocate fuerunt dicẽte Ouĩ.li.fasto.vi.

Postea lux hyades taurinæ cornua frontis.

Euocat & multa terra madescit aq̃. Quare ab υω uerbo græco.qđ latio est pluo.Cice.li. secundo de natura deoꝝ uersus referẽs arateos illas dictas putauit has suculas latĩe appellari dixit Seruius super primum æneidos:unde Tullius Tyro.M. Cicero. libertus in his libris:quos de usu & ratione liguæ latinæ scripsit:adeo inquit ueteres romani litteras grecas nesciuerunt:& rudes græce liguæ fueruut ut stellas quæ in capite tauri sunt propterea suculas appellarint:quod eas græci υαλεσ uocãt tanq̃ id uerbum latinum græci uerbi iterprætamentũ sit quia græce υεσ sues latinæ dicantur:sed υαλὲς inquit ουκαπο τουυωῦ.i.non a suibus ita ut nõnulli opici putauerunt : sed ab eo quod est υειν appellantur:nã cum oriũtur & occidunt:tẽpestates pluuias largosq; imbres cient.Pluere autem græca lingua υειν dicit:hæc ille:nonnulli uero eas corrupte hædos uocãt:at septem aliæ sorores dictæ fuerũt pleiades:ut in ea dictione uidebimus.

Hiacynthus ab aliqbus & accuratissimis græcisq; scriptũ cõperi:uidelicet cũ aspiratione principii & .i.latino penultĩa cũ.c.exili &.y.græco:ultĩa cum .th.aspirato.Et q huiusmodi scripturam cõfirmãt cõpositionẽ trahunt ex hia dictiõe dolẽtis: & cynthus q est Apollo a cyntho monte dictus : hoc est Apollinis quærela quã de amato puero:quẽ ille disco agente borea interfecit:& in florem sic dictum conuersus fuit:in quem simili modo Aiax cum se ipsum interfecit conuersus scribitur a poetis : qđ tetigisse uidet Ouĩ.li.metamor.xiii.cum ait . Littera cõmunis mediis puerogq; utroq;.s. hiacyntho & iaci iscripta ẽ foliis:hæc nois illa quærele: hoc ẽ: nois Aiacis & q̃relæ Apollinis.sed cũ in eiusmodi foliis non perpendat aspiratio ipsius.i.latini:sed solum sit.a.post.i.&.i.post.a.sic uidelicet iακαι. uoluerũt qa scribendũ eẽ ut uidimus:se sine aspiratione principii:quam utiq; scripturam nõnulli ex accuratis græcis obseruãtes cõpositionẽ esse dicunt:exion quod est uiola & cynthos Apolline quasi uiola sit Apollinis.ĩ quã Amatus puer conuersus est. at alii plures comperiũtur:q eius dictionis primam cum.y.græco aspirato signantes : penultima cũ.c. exili &.i. latino describunt : uidelicet hiacynthus cuius sane compositionem aut deriuationem secũdum eam scripturam nõ noui:& hæc hactenus de illius orthographia.Sane ex illo hiacynthius deriuat qđ accẽtũ detinet in penultĩa dictãte regula q̃ oia desinẽtia ĩ tinus:ita ut deriuata a primitiuis.i. litterã cõtrahũt ꝓducũt penultimã ut uespta uespertæ uespertius.Constans constãtis cõstatinus: clemens clementis clementinus & reliqua qđ si.t. primitiua ipsa nõ detinẽt:corripiũt penultimã: deriuatiua.ut cras crastinus:diu diutinus:sero serotinus:clam clandestĩus mutatione.m.in.n. ob ipsius .d.litteræ consequentiam.

Hyæna pria cum.y.græco penultĩa cũ.æ. diphthõgo scribitur.animal est quadrupes.quod crescit in aphrica:ut ostẽdit Herodo.li.hist.iiii. de quo Pli. multa lib.viii.naturalis historiæ rettulit: ĩter quæ

ſcribit alternis annis maſculū eē & fœminā: quod Ouid.lib.metamor.xv.prius tetigerat:cum ait.
Si tamen eſt aliquid miræ nouitatis in iſtis,
Alternare uices:& q̄ modo fœmina tergo.
Paſſa marē:nunc eſſe marē miremur hyænā. Addidit Pli.illum ſermonē humanū iter paſtorū ſtabula aſſimiliare:nomēq; alicuius ediſcere:quē euocatum foris laceret:& alia de illa complura.

Hyalus cū.y.græco & unico.l.ſcribit dr̄ a noſtris uitrū:quo uocabulo uſus Virg.li.georgi.iii.ait Mileſia uellera nymphæ Carpebant:hyali ſaturo fucata colore.

Hiarbas cū.i.latino ſcribit:& a græcis ſemp aſpiratū cōperi. Nōnulli phenicum uocabulum putant fuit iouis filius ex gramātide nympha & getulorū rex:dicente Vir.li.ænei.iiii. Hic ámone ſatus rapta garamantide nympha:& reliqua.

Hybla cū.y.græco ſcribit:pars eſt atticæ regionis apibus & melle abūdās dicēte Ouidio li.de ponto. O mihi dulcior illo melle:qd̄ in cæris attica ponit apis.nam dixerat prius Virg. Hiblæis apibus florē de paſta ſalicti:unde teſte Pli.li.xxi.na.hiſto.mellis attici i toto orbe ſumma laus exiſtimat:ē ét hybla teſte Seruio oppidum ſiliciæ:qd̄ nunc dr̄ megara.

Hybernus cū.y.græco ſcribit:& ab hyems certo deducit:nec ab imber oriri pōt:qa nec aſpirādum eſſet nec cū.y.græco ſcribi poſſet: cuius oppoſitum ſemper comperimus.

Hibex cū.i.latino ſcribitur:dicitur a noſtris capreolus proprie.

Hibiſcus cū.i.latino utrobiq; &.c.exili ſcribit: herba eſt hibicibus grata ad edendum.

Hybrida pria cum.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribit:dicitur a noſtris ignobiliter & cōtumelioſe natus:unde ab ὑβρις qd̄ eſt cōtumelia deriuatur quo uocabulo utit̄ ualeri.lib.viii.cū ait Qu.autē Varrus pp obſcurum ius ciuitatis hybrida cognominatus eſt. Horatius quoq; eodē uocabulo uſus ē in prio ſermonum. hybrida quo pacto ſit Perſius ultus opinor.

Hicetaon pria cum.i.latino aſpirato: reliqua abſq; aſpiratione atq; diphthongo ſcribitur: fuit teſte Hōero libro tertio iliados nobilis & egregius uir troianus.

Hydaſpes cum.y.græco ſcribit:fuit antiquiſſimus: rex medorum:a quo fluuius mediæ noīatiſſimus cognominatus fuit:quin & alius indiæ.

Hidymiles prima cum.i.latio penultima.y.græco ſcribit:dici pōt a noſtris ſudor argenteus nam cōponitur ex ἱδρως:quod eſt ſudor:& αργυρον argentum unde teſte Pli.li.xxxiii.na.hiſto. inuicem argenti uiui dilatum fuit de quo plura loquitur.

Hydria pria cū.y.græco & penultima cum.i.latino ſcribitur:dicitur a noſtris urna:& ab ὑδωρ quod eſt aqua deducitur.

Hydra & hydrus cū.y.græco ſcribit: ſerpētes ſunt aquatiles:unde hercules hydram occidiſſe dicitur quæ lernæā arcadiæ paludē incolebat:& ut dixit Virgi.ænei.vi. Quiſquagita atris imanis hiatibus hydra Sæuior itus hēt ſedem:de qua Ouidi.li.metix.plura proſequitur illam prio claua inuaſit Hercules:ſed peſtifero læſus afflatu:eādē ſagitis agreſſus ex qbus ut hydra læſa ſolitis latuiſſe cauernis. lignorum congeſta ſtrue conſumpta eſt.

Hydropiſis pria cū.y.græco:ultima uero & penultima cū cū.i.latino ſcribit̄ & deriuat̄ ab ὑδωρ qd̄ eſt aqua. Nam infirmitas q̄dam eſt:q̄ latine aq̄ itercus dr̄. Plautus in fibolaria.is mihi eius bilis a qua intercus tuſſis febris:& inde hydrops & hydropicus:qui eam infirmitatem patit̄. Hora.li.ii. carminum. Creſcit indulgens ſibi dyrus hydrops.

Hydarnes cū.y.græco ſcribit̄:fuit nobilis perſa:qui teſte Herodo.cum dario ī magnum coniurauit ut in dictione Darius uidimus.

Hyems cum.y.græco &.m.ante.s.ſcribit̄:& ab ὑω certe quod eſt pluo deductū fuit:unde aſpirationē &.y.græcū ſuſcepit. Priſcianus uero ab imber: qd̄ græco ομβρος dicitur deriuatum poſſe uideri aſſerit. Varro etiam ut omnia linguæ latinæ tribueret ab hiatu dixit.

Hyella cū.y.græco & duplicato.l.ſcribitur fuit teſte Hero.li.hi.cænotriæ urbs a phocenſibus cōdita.

Hieros cū.i.latino ſcribit̄:& dr̄ a noſtris ſacer:a quo oīa deriuato & cōpoſita ſimili modo ſcribūtur: ut hierotheus:qd̄ cum.th.i penultima ſcribit̄ nomē eſt uiri ꝓpriū:q̄ſi ſacer deus hieropolis nomē ciuitatis:quaſi ſacra ciuitas & ſimilia eodem modo.

Hierarchia cū.i.latino utrobiq; &.ch.aſpirato ſcribitur:dici pōt latine ſacer principatus. Nā componit̄ ex ἱερα quod eſt ſacer:& αρχια principatus.

Hierapicra cū.i.latino utroq; &.c.exili ſcribitur:dicitur ad uerbum ſacra amara: nam πικρα amara dicitur:quaſi ea amara compoſitio ſacra eſſe dicatur:medicina quædam eſt.

Hiera cum.i.latino ſcribitur: & ſacra iterprætatur: nam inſula eſt inter Siciliam & Liparem Vulcano ſacra:quam dixit Plinius libro ſecundo naturalis hiſtoriæ tempore ſocialis belli cum ipſo mari pluribus diebus arſiſſe:donec legatio ſenatus romani hoc ipſum piauerit:de qua habebimus in dictione prologus:ubi antrum Vulcāi a Iuuenale poſitum explanabimus.

Hiero cū.i.latino ſcribit̄:fuit ſyracuſarū tyrannus:ī quo pulchritudie corporis & uires fuerūt admirabiles:fuitq; in alloquio blandus:in negocio iuſtus: in īperio moderatus:adeo ut nihil nili regnū ei deeſſe uideret̄:quibus dotibus ut ſcripſit Iuſtinus li.xxiiii.creat̄ dux aduerſus carthaginēſes: mox creatur: rex Siciliæ conſentiente fauore oīum ciuitatum:de quo plura ibidem leguntur.

Hieri cū.i.latino ſcribit̄:& iterp̄tari ualet ſacri populi ſunt teſte Herodoto li.hiſto.iiii. ultra ſauromatas:budinoſq; & thyſſagetas calui & ſimi a natiuitate oēs hoc eſt maſculi uel fœminæ:& pariter barbam habentes:qui ideo hieri.i.ſacri dicuntur: quia nihil iniuſte agunt:nec bella norūt:ultra hos ut idem auctor refert ſunt argipei monoculi:ut in ea dictione uidimus.

Hieroſolyma prima cū.i.latino & penultima cū.y. græco ſcribitur:nomē eſt urbis in palæſtina: de q̄ late in ſacra ſcriptura habetur:ſed alia nōnulla nos in dictione ſolymi uidebimus.

Hieronymus prima cū.i.latino & penultima cū.y. græco ſcribitur nomen eſt uiri proprium.

Hilarus hilaris & hilario uerbo cū.i.latino & unico .l.ſcribuntur:& iucundum deſignant.

Hilarion uel hilarius cū.i.latino utrobiq; ſcribunt & nomen eſt uiri proprium.

Hylas cū.y.græco & unico.l.ſcribit fuit Tyodomā tis filius pulchritudinis admirandæ:quē hercules argonautis comes ſecū ad libidiem duxiſſe ſcribi tur:idem cum myſiam argōautæ ueniſſent & aq̄/ tum ad lacum quēdam pergeret:raptus nymphis fuiſſe dr̄:alii uero putant cum ad hauriendas aq̄s cum urna inclinaretur:illum in lacum decidiſſe. quod Iuuena.cōfirmaſſe uidet cum dixit:& mul/ tum quæſitus hylas:urnāq; ſecutus & adeo ab her cule quæſitus ꝙ teſte Virgil.in Sileno Littus hyla hyla omne ſonaret.

Hylæa prima cum.y.græco penultima cū.æ. diph. ſcribitur:ciuitas eſt ſcythiæ:ut ſcripſit Herodo.

Hylacus cum.y.græco &.c.exili ſcribitur:fuit pater cuiuſdam Caſtoris dicēte Homero li.xiii.odiſſeæ καϛτορυ λαριδισ.

Hyle cum.y.græco & unico.l.ſcribitur: dicit a no/ ſtris materia.

Hyllus cū.y.græco & duplicato.l.ſcribit:fuit hercu lis ex Deianira filius:de quo Sene.i hercule œtheo plura ſcripſit.Ouid.uero lib.meta.ix.oſtendit quē/ admodum poſt patris mortem iolen patris amaſi am iubente patre ſibi matrimonio copulauit:nam ut ait illam iperiis thalamoq; animoq; receperat hyllus iperatq; uetex generoſo ſemine:& reliqua.

Hymnus cū.y.græco &.m.ante.n.ſcribit:dici pōt a noſtris canticum uel laus.

Himeridon cum.i.latino ubiq; ſcribit:dr̄ ab aliqui bus diurnale:ab aliis uero quod patruum diē du/ rat:nam diminutiuum eſt ὑπερασ.i.dei.

Hymen cum.y.græco ſcribit:dr̄:latine membranū ſed ut græci nōnulli ferunt propriæ id ē quo ifans i utero circūuoluit:unde nōnulli hyemeneum di/ ctum uolunt.

Hymenæus prima cū.y. græco & penultima cum .æ.diphthongo ſcribit fuit teſte Martiano Capel/ la Veneris & Bacchi filius:dictuſq; nuptiar deus cuius officiū eſſe dixit pſallere i nuptiis : cātare ad thalamos & coronare limina ſertis:unde Ouidius heroicar epiſtolarum ſexta de illo inquit. Affuit & ſertis tempora uictus hymē : ubi per appocopē reliquum ablatum fuit:uerum & p ipſis nuptiis ſeu cōnubiis poſuiſſe uidet Vir.li.ænei.iii.cum ait Ledæam hermionē lacædemonioſq; hymenæos ſecutus:& libro ſeptimo.Turnig; hymenæis.

Hymees cum.y.græco & duplici.e.ſcribit : fuit uir perſa ex ducibus Darii de quo plura loqtur Hero/ dotus circa finem libri quinti ſuæ hiſtoriæ.

Hymelle uel hymella cum.y.græco & duplicato.l. ſcribit:fluuii nomen eſt de quo Herodotus li.vi. & Vir.li.vii.meminerunt.

Hymetus cū.y.græco &.t.exili ſcribit mons eſt te/ ſte Pli.li.iiii.na.hiſt.in attica regione:qui teſte So/ lino oſum græcor montium obtinet principatū. & floribus ſemp ueſtit:dicēte Ouid.libro meta.vii. Vertice de ſummo ſemp florentis hymeti:ob qđ dixit Iuuena.i Saty.Exēplo quodcūq; malo : Dul/ cig; ſenex uicinus hymeto:de ſene ſcilicet Socrate locutus:ex eodē monte marmor cruſtæ & trabes marmoreæ ſuccauabant:dicente Horatio contra Mecœnatem in odiis:qui in ædificando ſumptuo ſus nimium eſſe uidebatur.

Non ebur neq; aureum.
Mea renidet in domo lacunar.
Non trabes hymetiæ.
Præmunt columnas ultimas recifas.

Aphrica:& in eadem oda.

Tu ſecanda marmora.
Locas ſub ipſum funus & ſepulchri.
Immemor ſtruis pomos:& in alia oda.
Faſtidioſam deſere copiam:&
Molem propinquam nubibus arduis.
Omitte mirari beatæ.
Fumum & opes ſtrepituſq; Romæ.

Sane teſte Plin.xxxvi.natura.hiſto.Lucius Craſſus orator primus peregrini marmoris:columnas ha/ buit hymetias.

Hyperbole cū.y. græco & unico.l.ſcribit: dici pōt eminentia : uel ut ait Cicero ad herennium ſuper latio:nam ex υπερ quod eſt ſup & βολη qđ eſt ia/ ctus cōponitur:unde figura tunc; dr̄ quando di/ ctio excedēs fidem ponitur augendi muniendiue gratia:augendi qdem ut niue candidior leonibus. fortior:minuendi uero ut folii uolantis ſonitus te terret uel ille tardior eſt teſtudine: uel etiam quo/ cunq; alio modo excederet:ut Virgi.teſte Seruio i Daphnide.Nec rætia ceruis ulla dolum meditan tur & inde hyperbolicus ideſt ſupexceſſiuus.

Hyperbaton cū.y. græco &.t.exili ſcribit : dici pōt trāſgreſſio.nam ab υπερβαινο deſcendit quod eſt tranſcendo:& eſt figura quum uerbū aut ſnia or/ dine cōmutatur:cuius quinq; ponunt ſpecies: ana ſtrophe:parentheſis:temeſis: ſintheſis & hyſteron proteron:ut in dictionibus uidebimus.

Hyppallage cū.y.græco & duplicato.l. ſcribit : dici pōt a nobis ſubmutatio:nā cōponit ex υπο quod eſt ſub:& αλλε:γη mutatio:dicit figura cū uerba p aduerſum itelliguntur:ut Date caſſibus:æquor: Et ſceleratam intorſerit haſtam:ideſt ipſe ſcelera/ tus:& li.x.Stygii per flumina fratris:proſtygia : & in buco.Aduerſa tuētibus hirgs.i. oculis i hirgs.i. oculorum angulos retortis:ut dixit Serui.

Hypanis pria cū.y.græco:ultima cum.i.latino ſcri/ bitur:nec niſi unico.p.deſignat:fluuius ē teſte So/ lino ſcythicorū amnium princeps:quem tertium poſt iſtrum eſſe Herodo.li.hiſto.iii.rettulit : ut in dictione tyres uidebimus:& ut idem Herodotus pergit:eſt purus & hauſtu ſaluberrimus donec cal lipodum terminis inferrat.ubi cum fons ſit Ha/ maxampeus amara ſcaturigine infamis:& illi ibi/ dem cōmiſceat:ipſum ſimilia maritudine ficit di cente Ouid.li.meta.xv.

Quin nō & ſcythicis Hypanis de mōtibus ortus. Qui fuerat dulcis:ſalibus uiciatur amaris.

Et teſte Solino fuit Alexādri magni terminus:quē non exceſſit:ſicut illius aræ in eius ripis poſite atte ſtantur.De illo ait Propertius. Quātum hypanis. ueneto diſſidet heridano:ut Vir.li.geor.iiii. Saxo/ ſuſq; ſonans hypanis.idem teſte Pli.li.xi.na.hi. cir ca ſolſtitium defert acinos efficie tenues membra

nas:quibus erũpit uolucris q̃ drupes nec ultra unũ diem uiuit:ob quod himeridon appellatur.

Hypacaris prima cũ.y.græco: penultima cũ.c.exili & ultima cũ.i.latino ſcribitur:fluuius eſt Scythiæ qui teſte Herodoto libro hiſtori.quarto ſextus ab Iſtro memoria dignus habetur.

Hyperborei cũ.y.græco ſcribiť:ſunt ſcythaq; montes:& populi ſupra ipm ſtellaq; cardinem protenſi q̃ſi ultra bereã conſtituti:ac Feſtus ex eo ſic dictos putat:quia ibidem habitantes humãæ uitæ modũ excedunt:uiuendo ſcilicet ultra centeſimũ annum hoc eſt υπερβενοντεσ ουον ſcilicet humani ſæculi de quibus Herodo.plura dixit libro hiſto.iiii. & Plinius Solinuſq; & Pomponius.

Hypermeſtra cũ.y.græco &.t.exili ſcribiť: fuit filia Danai:filii Beli.de qua uidimus ĩ dictiõe belides.

Hypermeter cũ.y.græco &.t.exili ſcribi: qui & hypermetrus a nõnullis ſcribitur:eſt metrũ una ſylla ba ſuperabundans:ut Virg.lib.ænei.primo: lactemur doceas ignari hominumq; locorũq; & libro quarto.Oĩa Mercurio ſimilis uocẽq; colorẽq; idẽ li.vii.Profuit aptato cunduntur tybridis alueo: & ut ait Seruius ſuper primũ ænei. quotiens ſit hæc figura:debet ſequẽs uerſus a uocali ĩcipere ut in oĩ bus illis ſit:niſi forte ſynereſis fiat in fine: nam tũc quoq; neceſſe nõ eſt:ut ſequens uerſus a uocali incipiat:ut Vir.Nec cura peculi nã ſequiť alius.Quã uis multa meis exirent uictima ſeptis.

Hypenor cũ.y.græco ſcribiť:fuit princeps quidam troianus:quem teſte Homero libro quito iliados Diomedes in bello occidit.

Hyperiochus prima cũ.y.græco: antepenultia cũ.i. latino:& ultima cum.ch.aſpirato ſcribiť: fuit uir troianus ab Vlyxe interfectus ut oſtendit Homerus libro.xi.iliados.

Hyperion prima cũ.y.græco & penultia cum.i. latino ſcribitur hunc græci teſte Lactantio ſuper.iii. thebaidos dixerunt Titani & terræ fuiſſe filiũ Soliſq; & Lunæ ac auroræ patrem:de eodẽ meminit Cicero in pronoſticis cum ait.

Vt cum luna means hyperionis officit orbi.
Stringuntur radii cæca caligine tecti.

Hypotheca pria cũ.y.græco:penultima cũ.th.aſpirato:& ultima cũ.c.exili ſcribiť:cuius cõpoſitionẽ uidimus in ante habitis & teſte Vlpiano differt hypotheca a pignore:quia proprie pignus dicimus: quod ad creditorem tranſit: hypothecam autem cum non tranſit poſſeſſio ad creditorem.

Hypocriſis prima cũ.y.græco:penultima cũ.c. exili &.i.latino:& ultima ſimiliter cum.i.ſcribiť:latino:dici poteſt a noſtris diſſimulatio:nam componitur ex ὑπο qđ ẽ ſub & κρισις iudiciũ:quaſi ſit iudicii ſubtectio:cum aliud in re ſit: aliud in iudicio hominum ſe oſtendat:qui hypocriſi utitur.

Hypocrita prima cũ.y.græco penultima cum.c. exili.i.latino:ultima cum.t.etiam exili ſcribitur: dici poteſt a noſtris ſimulator:Et is proprie ẽ qui in ſpectaculo perſonam ſubdit alienã:ut ſeruus plærũq; domini & priuatus regis.Quo pacto & in hac uita ſicut in orcheſtra complures ſeſe uiuãdo ſpectandos exhibent:aliaq; in corde geſtantes.

Hypopyrgium prima & ante penultima cũ.y. græco ſcribunť:cõponiturq; ex hypo quod eſt ſub: & pyrgos turris:quaſi locus ſit turri.

Hypoſtaſis prima cũ.y.græco:& penultima cum.t. exili ſcribiť:dicitur a noſtris ſubſiſtentia: ab hypo quod eſt ſub:& θαϛις ſtatio:quin & theologis q̃ buſdam perſona traducitur.

Hypozeuſis cũ.y.græco:penultima cũ.z.cõſonante &.eu.diphthõgo:ultima cum.i.latino ſcribitur dici põt latine ſubconiunctio. Nam componitur ab hypo quod eſt ſub & zeuſis cõiunctio:& dicitur figura cũ ſingulis ſenſibus propria aſſignatur clauſula:ut Virgili.libro æneidos quinto. Regem addiit:& regi memorat nomenq; genuſq;.Terẽ.i andria ẽ aſtuta q; ſi quieſcet nihil eueniſſet mali. Sed eccũ ipſum Pamphylum uideo:occidi.utinã mihi eſſet aliquid hic quo nũc me præcipitẽ darem.

Hyphen cũ.y.græco &.ph.aſpirato ſcribiť: dici poteſt a nobis ſub uno:nam cõponiť ex υπο qđ eſt ſub:&.eu.cum aſpiratione quod eſt unum:& tunc quoq; adeſſe dr cũ plures dictiões ſub uno accẽtu leguntur:ut quando quidem ſimul poſtq̃.

Hyperiphania prima cũ.y.græco & reliquæ cum.i. latino ſcribuntur:dicitur a noſtris ſuperbia: & cõponitur ex hyper quod eſt ſuper:& φαvια apparẽtia uel ſplendor.

Hyperides prima cũ.y.græco penultima cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Quintiliano.x. orator dulcis & acutus temporibus demoſthenis.

Hypſenor cũ.y.græco ſequẽte.pſ.ſcribiť: fuit teſte Homero libro quinto iliados filius magnanimi Dolopionis:qui erat ſacerdos Scamandri in tãto honore habitus ac ſi deus quidem eſſet:illum Eurypylus in bello troiano interemit.

Hippagines cũ.i.latio utrobiq; & duplicato.p. ſcribiť:ſunt teſte Feſto naues qbus equi uehunť: eas græci ιππαγωγας uocãt aliq ex nris & maxie Cæſar actuarias nominauit: alii gerarias: ut Plautus ĩ mercatore ædificat nauẽ gerariã & merces emit. Nonius uero Marcellus actuarias diffiniens inqt actuarie nauiculæ celeres dictæ: q; cito agi poſit. Saluſti.primo hiſto.ad hæc pauca piratica actuaria nauigia.Siſena quibus occiſis actuarias ad uigĩti milia:ideſt quũ plures onerarias incedunt.

Hipparchus cũ.i.latio & duplicato.p.atq; ch.aſpirato ſcribiť:fuit uir mathematicus ĩ ea arte iſignis.

Hippaſus cũ.i.latio & duplici.p.atq; ſimplo.ſ. ſcribiť:fuit philoſophus methapõtinus & ipſe pythagoreus nec teſte Democri.opus aliquod ſcriptum reliquit:fuit & alter:qui lacenum rempublicam: & ipſe Lacon libris compræhendit.

Hipparchia cũ.i. latio utrobiq; duplicato.p.&.ch. aſpirato ſcribiť:poteſt latie expõi equoꝝ principatus:Quo noie uocata fuit ſoror Metrodotis:quæ teſte Laertio Cratem thebanum philoſophum cynicũ:& illius uitã ac uerba ſumme amauit: nec potuit procorum opibus aut nobilitate uel alicuius forma auellia Cratis amore:ita ut diciret parentibus ſuffocaturã ſe niſi Crati traderet: quamobrẽ rogatus Cratus a parentibus puellæ:ut illã ab hoc propoſito remoueret:poſt multa quæ nõ profuerũt:exurgẽs Crates oĩ ſua ſuppellectile ante illius oculos expoſita hic ait ſponſus:hæc eius poſſeſſio

est:ad hæc delibera:nec poteris esse nostri consors nisi eadem attigeris studia:puella statim assumpto Cratis habitu secum philosophari uoluit: cum q̄ ille circum ibat:& in aperto congrediebatur: atq; ad cœnas proficiscebatur. Et cū semel iuissent ad Lysimachum in conuiuium:& Theodorus dixisset:hæc illa est quæ textrinam & radias reliquit respōdit ad hæc puella:sum equidem Theodore sed non tibi male de me ipsa statuisse uideor si tempus quod intextrina cōsumptura eram:disciplinæ potius & philosophiæ impendi.

Hippo cū.i.latio & duplicato.p.scribitur: fuit teste hesiodo ī theogonia Oceani & Tethyos filia.

Hippodamus simili modo scribitur: & est nomen uiri proprium.

Hippodamia eodē mō scribit: fuit Oenomai helidis & pisæ regis filia formosissima:quæ quū a diuersis in coniugiū peteretur:legē hanc procis illius pater indixit:ut qui illam matrimonio obtinere cuperet:cū ea certamē iniret uictus capite trūcaretur:uictor potiret illa:cuius legis causam posuit Diodorus siculus lib.historiarū.iii.dicēs eū de filia oraculū scisciatasse quō sibi illa cōueniret:ac responsum esse:tūc in fata illū cōcessuq; cū filia Hippodamia nupsisset:igit filiæ nuptias ueritus decreuit: ut ī perpetua asseruaret uirginitate:hoc pacto existimās uitæ piculū se uitaturū:itaq; equoꝝ cursum īstituit a Pisa ad Neptuni arā q̄ ē ap Istmū Corinthi.cursus erat eiusmodi.Oenomaus arietem Ioui sacrificabat:q uirginē postulabat quattuor equoꝝ ferebatur curru.Oenomaus curru sequæbatur p̄cedentē aurigāte myrtillo:assecutū hasta: quā gestabat manu iterficiebat:hoc pacto cū plures equorum uelocitate peremisset:pelops Tātali filius q pisam accesserat uisa Hippodamia id cōcupiēs cōnubiū corrupto Myrtillo regis auriga obtinere ualuit:nā illi ꝓmiserat si se uictorē faceret:primū Hippodāiæ concubitū p̄stituq;:q̄re meditullū plūbeū Myrtillus currui Hippodamiæ ædificās cursu dissolutus pelopē uictorē reddidit:dicēte Sene.ī Tyeste Victæq; falsis axibus pendēt rotæ: & Vir.li.iii. geo.de Pelope locutus ait Victor equus:q̄ ex redolore actus Oenomaus existimās aduenisse respōsi tp̄s:mortem sibi cōsciuit.Pelops uero sumpta uxore Hippodamia illius regnū tenuit: sed cū ab illo Myrtillus pacta respoſceret:ī mare ꝓiectus ē & submersus:q mari ꝑpetuū nomē dedit: unde Sophocles in Electra εὐτεγα ροτογτίσ θεὶς μυρτίλοσ ἐκοὶ ὔστη.Sane nō solū Hippodamia: sed Hippodame a nr̄is auctoribus dr̄:Vir.ī p̄fato li.inqt: Hippomaneq;:nā teste Ser.noia græca quæ in.e. desinunt:exeūt plærūq; ipsum ī ia soluunt:ut Hippodame.Hippodamia:Penelopia.

Hippodes eodē modo scribit:& sunt populi scytici humana usq; ad uestigiū forma:sed in equinos pedes quos ἱπποβατασ Herodo.li.hi.quarto uocauit:sed nostri hippodes dicunt.

ἱππο δ equū
δρομος cursus

Hippodromus eodē mō scribit:dici pōt equorum cursus nā ex ἵππον qđ est equoꝝ & δρομος cursus cōponitur:hoc ē locus ubi currere spectāte populo cōsueuerant:qui a nostris dicit circus: ut ī ea dictione uidimus.

Hippocrine cū.i.latio utrobiq; & dūplicato.p.atq;.c. exili scribitur:fons ē ī Boetia iuxta quā ē Aganippe.Dū Cadmus equæstri exploratiōe īquirit q̄ nā loca insedisset:cām dedit poetis ut diuulgarēt:Hippocrinem ungula uolātis:eq natum fuisse: nā hippi equi:crine.i.fons dicit:& inde equus pegasus a fonte:qui græce πῑγή dicit est cognominatus:ut ī dictione pegasus uidebimus:& similiter Aganippe mō cōsimili penitus nomē accæpit: nā agā ualde indicat:& ὑππος equus:quasi ualde equus uel eq;:ita ut ambo noti fontes facundiā præstare poetis dicti fuerint.Vnde Ouid.circa initiū libri quiti fastoꝝ inquit.Dicite q̄ fontes aganippidos Hippocrines grata meduſei signa tenetis equi.

Hippocoō cū.i.latino & duplicato.p.atq;.c. exili: & duplicato.o.scribit:fuit teste Home.libro.x. iliad: patruelis Rhœsi thracū regis:a Diomede & Vlyxe interfecti fuerunt. κρᾶτος:robur

Hippocrates cū.i.latio & duplicato.p.atq;.c.&.a. exilibus scribit:hētq; accētū in antepenul.ut uidebimus in dictiōe ꝓsodia:fuit Asclepii filius in insula Coo genitus:ut in epistolis Democriti ad illū:& illius ad Democritū habet:fuit Pythagoræ discipulus & oīum medicoꝝ princeps:& cōponitur ea dictio ex ἵππον quod est:eq & κρατοσ robur:quasi equi robur:hic medicinā longo tēpore perditā reuocauit in lucē:nā ut scribit Pli.li.xxix. natu. hist. nulla artium inconstantior fuit:& nunc etiam sæpe commutatur:cum sit fructuosior nulla. Hæc primū inuentores suos cælo dicauit:& hodie multifariam ab oraculis petitur:hæc ille.Namq; Apollo primus medicinæ iuentor dicit:illo dicente ad uirginē Daphnem apud Ouidium lib.meta.i. Inuētum medicina meum est:opiferq; p orbem. Dicor & herbarum subiecta potentia nobis.

Sane Apo.ipse eodē Oui.teste li.ii. eiusdē opis ex cronide nympha filia Phlegiæ regis thessaliæ Aesculapiū gēuit:& nutriēdū Chirōa ptissimo cētauroꝝ tradidit:a quo medicinā didicit:& ipse plurimū ampliauit.Qua de re dixerunt nōnulli Chironem herbariam medicinā primitus cōperisse.Sed ut ait Pli.li.xxv.natu.histo.centaureā herbā cōperit q̄ ut idē auctor ait:curatus dicit a uulnere pedis cōtracto ex lapsu ꝑprouiso sagittæ Hercu.suis manibus illitæ ueneno hydræ nā cū Chiron Herculem excepisset hospitio:& eius arma contrectaret:sagitta cadēs e manibus illius leuū uulnerauit pedem:dicente Oui.libro.v.fastoꝝ.

Dumq; senex tractat squalentia tælla uenenis.
Excidit:& leuo fixa sagitta pede.Sed ut dixit ulteus Oui.illum nunq̄ tali uulnere liberatū: & post nonū diē miseratiōe deoꝝ:ne amplius dolore cruciaret ad cælos tractum:unde ait.

Ipse etiam lectas pegaseis collibus herbas.
Tēperāt:& uana uulnerī mulcet ope.& ifra subdit.
Nona dies aderat cum tu iustissime Chiron.
Bis septem stellis corpore cinctus eras.

Nāq; Herculē ēt Heracleō ab eo noīe cognominatā herbā cōperisse idē Pli.rettulit:& Achillē Achilleā sed Aesculapius cum alias plures:tū ēt Panacē: quæ teste Plinio ipso noīe oīum morboꝝ remedia promittit:a qua filiam nūcupauit: nam πανα

omne:& καιρὸν importunitatem & molestiã dicit q̃ si omnibus coloribus & molestis subueniret:Vergẽs cum herbarum uiribus Aesculapius ipse Hyppolitum occisum in uitam pristina reuocasset:iratus Iuppiter eum fulmine stygias demersit in undas: sed ut ait Plinius libro xxix operam eius clara troianus temporibus uulnerum dumtaxat remediis fuere. Quod equidem dixisse puto ob Machaonẽ & Polydarium filios: qui teste Homero libro ii iliados ob solertiam medicinæ cũ aliis græcorum ducibus ex Creta ad expeditionẽ troianã cõuocati fuere:ut in suis dictiõibus ostendemus. Sed ut ait Plinius libro xxv. primus omniũ quos memoria nouit Orpheus de herbis curiosius aliqua prodidit:post eum Musæus & Thesiodus polyon herbã admirati sunt. Homerus etiã alis noiatim herbas celebrat:ut moly:cuius inuentionẽ Mercurio assignat. Laudat ẽt hos tres flores :lotũ:crocũ: & hiacyntũ. Ab Homero uero ut idẽ Pli rettulit Pythagoras clarus sapientia primus uolumen de effectu herbarũ cõposuit & in totũ Apollini & Aesculapio diis immortalibus & iuentionẽ & originẽ assignauit:cõposuit & Democritus peragratis iam persidis arabiæ æthiopiæ ægyptiq̃ magis:i quibus incredibilia dictu affirmauit:nã inter alia dixit Democritus:ut ait Pli credidit Thephrastus esse herbarũ:cuius cõtractu illata a Pico exiliret cũeus a pastoribus arbori adactus. Zanthus etiã lib historio. i. tradidit occisum draconis carulũ reuocatũ ad uitã a parente herba quam gablym nominat: eademq̃ tilonẽ quem draco occiderat restitutũ saluti. Iuba etiã i arabia reuocatũ quadam herba ad uitam hominẽ tradidit:quæ ut dixit Pli ẽt si fide carent admirationẽ tamẽ iplent & cogunt confiteri multũ esse qđ uero supsit:& refert plærosq̃ existimasse: nihil non herbarũ ui effici posse sed plurimarum uires esse icognitas. Sane pythagoras & Democritus tpe Hippocratis fuere:sed ut Pli lib xxix. mirũ dictu sequentia a troianis tẽporibus in nocte pensissima latuere usq̃ peloponnesiacũ bellum. Tunc medicinã reuocauit in lucẽ Hippocrates genitus insula coo:qđ bellũ ut idem ostendit lib. xxx. eiusdẽ uoluminis:gestũ é a tricentesimo urbis nostræ anno:& cũ romana urbs teste Solino in initio de memoralibus mundi fuerit post troianũ bellũ anno q̃dringentesimo trigesimotertio: constat medicinæ artẽ delituisse annis septigẽtis trigita tribus. At Hippocrates ut idẽ Pli profitetur: cum fuisset mos liberatos morbis scribere in templo eius dei qui auxiliatus esset:ut postea similitudo proficeret ex his scripturis excerpisse eã traditur:quam sane artẽ ut in epistolis ad Democritũ ipse idẽ ostendit in nullo prsus quæstu fuisse certũ est. Quare cũ uenientẽ ab ilyricis pectilẽtiã teste Pli li. vii. pdixisset ipse Hippocrates:& discipulos ad auxiliãdũ per urbes dimisisset:ob id meritum honores illi: quos Herculi decreuit Græcia. Post Hippocratũ uero auxit artem Protideus Sylmibriæ natus: & eius discipulus q eã ad uectigal redigere cœpit:eorq̃ placita:ut Pli xxix li. psequit Crysippus ingenti garulitate mutauit: plurimumq̃ & ex Crysippo discipulus eius Herasistratus accœpit Aristotelis filia genitus. Hic antiocho rege senato cẽtũ talẽtis donatus ẽ a rege Ptolomæo filio eius idẽ Pli. pfato li. vii. rettulit magnã Critobolo famã aduẽisse: q parũ ante Herasistratũ fuit:extracta philippi regis oculo sagitta:& circa deformtiatẽ oris curata orbitate luminis:Sed alia iterim factio ab experimẽtis se cognominãs: empericũ cœpit i Sicilia a Cronte agrigẽtino Empedoclis & Crysippi auctoritatẽ cõdẽnãte:de qbus in suis dictiõibus uidebimus. Post hos Herophilus oĩa hæc cõdemnans ad musecos uenarũ pedes pulsu discreto p ætatũ gradus medicinã reduxit:scrubaturq̃ morborũ causas & uini rõnẽ istituerat:sed ut ait Pli in pfa. xxix. li. deserta deide & hæc secta ẽ: quoniã necesse erat i ea lfaturã scire. Interi ut auctor ẽ Cassius Emina ex antiquis historicis primus q Romam e medicis uẽit:fuit a Pelopõneso Archagatus Lysaniæ filius. L. Aemilio. M. Licinio cõsulibus anno qngetesimo trigesimoquinto:eiq̃ ius qritũ datũ & tabernam i cõpito acilio emptã: hic primo uulnerarius mox obsecandi urendiq̃ sæuitiã carnifex appellatus fuit:& cũ alii adcurrerent græculi idẽq̃ efficerent:i tediũ cũ artæ mediciæ oẽs deuenerũt. Quare a. M. Catone censorno medici cum sua medicina reprobati urbe & Italia pulsi sunt:ãno urbis sex cẽtesimoquito:eosq̃ nõ artifices sanitatis sed hominũ carnifices censuit: ut ex eius epistola ad. M. filium itelligi põt:cuius uerba sunt. Dicam de istis græcis sub loco. M. fili qd Athenis habeã exquisitum:& quod bonum sit eorũ litteras inspicere nõ pdiscere uincã negssimum & idocile genus eorũ: & hoc putabam interdixisse. Quãdocunq̃ ista gẽs suas litteras dabit oĩa corrũpet. Tum ẽt magis si medicos suos huc mittet:iurauerũt iter se barbaros necare oẽs medicina sed hoc ipsum mercede saciũt. ut fides his sit & facile disperdant:nosq̃ dictitant barbaros & spurcius nos q̃ alios apificos appellatione fœdabant:hæc ipse Cato:ideoq̃ tradunt tẽplũ Aesculapii ẽt cum reciperet is deus extra urbẽ fecisse iterumq̃ i insula. Nãq̃ ut late narrauit Liuius circa finẽ libri decimi ab urbe:cũ romana urbs triẽnio peste laboraret. inspectis libris sibillinis de cẽ fuerũt ad senatu missi legati:q ex Epidauro deũ Aesculapiũ i specie serpentis Romã aduxerunt cuius aduentu urbs statim a peste liberata est: unde latissime narrauit Oui. lib. metamor. xv. de Aesculapio locutus.

Sedesq̃ sibi circunscripsit aptas.
Scinditur in geminas partes. circunfluus amnis.
Insula nomen habet:laterumq̃ a parte duorum.
Porrigit æquales media tellure lacertos.
Huc se deleta pinu phœbeius anguis.
Contulit:& finem specie cæleste resumpta.
Luctibus iposuit:uenitq̃ salutifer urbi. Pulsi ergo ex Italia medici diu post catonẽ excepti sunt:nã ut ait Pli pfato. xxix. li. solã hãc artiũ græcarũ mũdũ exercet romana grauitas:& i tanto fructu pauciss imi gritum attigere:& ipsi statim ad græcos trãsfugere. imo uero auctoritas aliter q̃ græce eã tractantibus:& apud iperitos experteq̃ liguæ non est:ut cuicunq̃ medicũ se pfitẽti statim credat:cũ sit periculũ i mẽdatio maius:nõ tamẽ illud intuemur:

adeo blanda est sperandi ꝑ se cuiq; dulcedo. Nulla ꝓterea lex q̄ puniat inscitiā capitalem: nullū exemplū uindictæ discunt periculis nostris experimenta per mores agunt: medicoq; tantū hominē occidisse summa impunitas est: hæc ille: & lib. xxv. ait Minus hanc artē q̄ par erat nostri celebrauere oīum utilitatū & uirtutū rapacissimi: priusq; & diu solus idē ille. M. Cato oīum bonaꝝ artium magister: paucis duntaxat attigit boum ēt medicamina non omissa: post eum unus illustrium tentauit. C. Eualgius eruditiōe spectatus imperfecto uolumine ad diuū Augustū inchoato ꝓfatione religiosa: ut oībus malis humanis illius potissimū pricipis semp medicet maiestas: ante hūc condiderat solus apud nos: qd' equidē inueni Pōpeius lenœus magni Pōpei libertus: quo primū tpe hāc scientiā ad nr̄os pueniſſe aiaduerto. Nāq; Mithridates maximus sua ætate regū quem debellauit Pōpeius ante oium ante se genitoꝝ diligentissimus uitæ fuisse argumētis' potius q̄ fama itelligit. Vni ei excogitatū libere quottidie uenenū præsumptis remediis ut consuetudine ipsa innoxiū fieret: prīo inuento genere antitoti: ex qbus unū ēt nomen eius retinet illum solū mortaliū Mithridatē uigitiduabus linguis locutum certū ē: nec subiectis gentibus illum hoīem per interp̄tem appellatū ab eo annis sex & quinquagīta: quibus regnauit. Is ergo ī reliqua īgenii magnitudine medicinæ peculiariter curiosus: & ab oībus subiectis q fuere pars magna terrarum singula exquirēs: scriniū cōmētationū haꝝ ad exēplaria effectusq; ī arcāis suis reliqt. Pōpeius āt omni regia p̄da potius trāsferre ea sermōe nr̄o libertū suū Lenœum grāmatice artis doctissimum iussit: uitæq; ita profuit nō minus q̄ reipub. uictoria illa ad Mitridatē ēt teste eodem Pli. in p̄fato lib. Asclepiadis medēdi arte clari uolumina exstāt: cū solicitatus ex urbe Roma p̄cepta ꝑ se mitteret hūc dixerat Pli. li. vii. eiusdē uoluminis fuisse prusiēsem: & li. xxvi. dixit primū fuisse magistrū rhetoricæ: & nec satis ī ea arte q̄stuosum: & ad alia sagacis īgenii: & ad medicinæ artē se repente conuertisse atq; ut necesse erat hoī: q nec id ægisset: nec remedia nosset: meditata quottidie oratione blādiens oīa abdicauit: & totam alioꝝ medicinā reuocādo ad qnq; res redegit: uidelicet ad abstinētiā cibi: potus & ueneris fricationē corpis: & ambulationē modestā: Quæ quisq; sibimet p̄stare posset: Quare uniuersum prope humanū genus circum ægit ī se non in alio mō: q̄si cælo emissus aduenisset: reparata aūt ratiōe qua uinū ægris mederet dando ēt frigidam aquā: & ut auctor ē. M. Varro alia quoq; blādimēta excogitauit iā suspēdendo lectulos: quoꝝ iactura aut morbos extenuaret: aut somnos alliceret: Cōcedebat ēt balnea auidissima hoīum cupidine qn alia multa dictu grata atq; iucunda magna auctoritate cōstituit. Nāq; & uomitiōes supra modū arguebat: & medicamentoꝝ potus stomacho inimicos dixit. Is teste Apulegio li. iiii. Floridori cū se se forte a rure suo reciperet in pomœriis ciuitatis uidit circūspectū funus ab īgēti numero: moxq; illud adiit ptractauitq; corpus hois: & p q̄dā signa inuenit ī illo uitā: cūq; clamaret: ut reportaret a rogo domū: ps medico annuebāt: & reliq obsistebāt tādem uelut ab iferis domum relatus ē: moxq; recreauit spiritus: & aīam ī latibulis corporis delitescente suis medicamētis uniuerso corpori restituit: quāobrē uelut deus fuit ab hoibus honoratus: qd' tetigit Pli. li. vii. cū ait relatū e funere hoiem cōseruauit: & subdit Pli. sed maxie spōsiōe facta cum fortūa ne medicus crederet: si unquā iualidus ullo modo fuisset. Sicq; uictor suprema ī senecta lapsu scalaꝝ exaīatus est. Venerūt his tpibus Romā medici q̄plures & uiri celebres: ut Cassius Calpitanus Arūcius Rubricus: iter quos Antonius musa fuit: q cōtraria medicina a sectatoribus Themistonis q discipulus fuerat Herophili diuū Augustū graui periculo exemerat: ob quod illi Augustus statuam ex ære iuxta signū Aesculapi locari mandauit: coluitq; eū sp amicissime ut testis ē Sueto. ī uita Augusti. Post hunc exortus est Vectius ualens: q teste Pli. lib. xxxix. adulterio Messalinæ uxoris Claudii Cæsaris nobilicatus. pariterq; eloquentia assentator: potētia nactus nouē īstituit sectā. At Neronis pricipatu eadē uis ad Thessalū transiliuit delētem cūcta placita. & tabie q̄dam in oēs æuimedicos porrantem. Idem teste Galieno li. i. de regimine sanitatis: & similiter lib. i. de īgenio librū ad Neronē scripsit: in quo cūctis medicis & philosophis tā ueteribus q̄ moderniores seipsum effrenata q̄dam temeritate p̄posuit. Hippocratēq; oium medicoꝝ pricipē maxie supplantauit. Hūc Galienus ipse ignorātissimū fuisse ostēdit: nec iter medicos: sed iter textrices sordide creuisse: cū eius pater lanæ pectiator & mater textrix fuerit. Interī ut eodē li. ꝑseqt Pli. sup uenit massilienſis Critias: q ad motus sydeꝝ ex Ephimeride de mathematica cibos phibēs: horas obseruās: auctoritatæ Thessalum p̄cessit: diuiti aſq; reliquit īnumeras: post quē repente ex eadem Massilia urbē Charmis iuasit: & dānatis nō solum prioribus medicis uerū & balneis aq̄ frigida ēt hybernis algoribus lauari suasit: q̄si contraria necessario contrariis curarent: & ut ait Pli. mersit ægros ī lacus & uidebamus senex cōsulares usq; ī ostentationem rigentes. Qua de re extat ēt Annei Senecæ astipulatio: nec dubium ē oēs istos famā nouitate aliqua aucupantes aīas statim noīas negociari: hic ille circa ægros miseræ sententiaꝝ concertationes nullo idem cēsente ne uideat assertio alterius. hinc illa infœlicis monumenti ascriptio turbasse medicoꝝ perisse. Iterim prodiere ex nr̄is & ex terris auctores nōnulli celebriores: q & herbarum naturas & pluriū rerū qualitates suis libris annotauere. Vt ex nostris Macer ueronēsis: q tēpore Augusti uolocrum qualitates: & herbarū naturas uersu exp̄sit de quo Oui. lib. iiii. tristiū inqt. Sæpe suas uolucres legit mihi grādior æuo. Quæ necet serpēs: q̄ iuuet herba macer. Euax similiter rex arabū nō solū herbaꝝ: sed lapidū ēt spēs noīa colores: & qbus ī regionibus ualeant comperiri: magno uolumine ad Neronē principē scripsit. Eiusdē meminit Pli. li. xxv. dicēs. Euax Dionysius & Metrodorus herbaꝝ effigies pixere: atq; subscripsere effectus. Vegꝝ ut subdit pictura fallax est ex coloribus tā numerosis p̄sertim in emulatione naturæ multum degenerare

trāſcribentiū forte uaria. Præterea nō pax ẽ ſingulas earum ætates pingi cū quadripartis uarietatibus anni faciẽ mutẽt. hæc ille. Poſt hos fuit Diaſcorides uir militaris: & in herbaria arte mirabilis qui quinq; uoluminibus uirtutes herbarum arborũ lapidum aromatum aĩalium acuratiſſima doctrina deſcripſit: imo ut de ſeipſo teſtat: Quæcūq; igt in his libris poſui: nō ex opinione aut fama cognoui: ſed ex electiõe & experimẽto didici: Vidi ego apud Cõſtãtinopolim pulcherrimū eius auctoris codicẽ antiquiſſimis græcis litteris exaratū. In quo nō ſolū herbarũ effigies: ſed uolatiliū quadrupedū & reptiliū tãto artificio & proprietate depictæ erant: q̃to natura ipſa: utputo producere potuit. At Plin. de ſeipſo logtur nobis inqt certe excæptis admodū paucis contigit reliquas: de quibus. ſ. tractat: herbas contẽplari ſciẽtia Antõii Caſtoris: cui ſumma auctoritas erat ĩ ea arte noſtro æuo uiſendo hortulo eius: ĩ quo plurimas alebat centeſimū ætatis annū excedẽs: nullū corpis malū exptus: ac ne ætate qdem memoria aut uigore concuſſis: Sane tpibus Domiciani Traiani Hadriani q̃ & Antõini pii nõnulli medici ex græcia ipſa urbẽ ĩuaſerũt: & Protogenes primum uir aſtutus & callidus: q aſtutia & arte græca magis q̃ ſcientia medicinæ famã & q̃ſtũ ſibi quæritabat: cui Archigenes alter græcus tpe & ipſius Domitiani ſucceſſit: q cū aſſentator eſſet & mulieribus q̃ facillimus: gradẽ Romæ ſibi cõpara uit q̃ſtũ: contra cuius mores & inſciciam Galienus in libris ſuis ſæpe inuexit. Galienus uero uir doctiſſimus: & ea ætate ĩ medicia ſingularis Romam principatu Traiani deuenit: eratq; oriũdus ex Pergamo oppido aſiæ celeberrio: ſed Romæ tpibus Antonii pii floruit ut idẽ de ſe ipſo diuerſis ĩ locis teſtat: hic ĩ ea arte oẽs p̃ter Hippocratem ſuperaſſe credit: cõpoſuitq; libros & multos & Hippocratia ſcripta miro ingenio explanauit: & ut græcus qdã medicus mihi rettulit centum & quinquaginta uolumina in ea facultate edidit. Poſt illum uero Raſis qdam pœnus fuit: qui ligua arabica ex oĩbus ante ſe medicinæ auctoribus uolumẽ collegit. Sed diſtinctius & ſcientius: poſt eũ in eadem lingua Auicẽna hiſpalẽſis effecit: q cũ reliquoq; ſcripta uiderit: tum maxie Galienũ ſecutus ẽ: quẽ ſuo li. i. de infrigidandis medicoq; p̃cipẽ appellauit. Poſt hos cœperũt Itali ĩ ea facultate plurimũ pollere: ut petrus de apono patauinus uir in oĩ ætate admirandus tũ ĩ philoſophia: tum in his quæ ad medicinæ theoricam ſpectãt diuerſas cõciliãdo opiniones ſua doctrina clariſſimus eſt habitus: unde & conciliatoris cognomen adeptus eſt. Quin & ad problemata Ariſtotelis multa addidit: & illa ipſa ſubtili expoſitiõe declarauit. Hũcnõ lõge poſt Thaddæus florẽtius ſecutus ẽ q adeo obſcura oĩa Hippocratis & alioq; principum in medicina detexuit & explanauit ut alter hippocrates ſuo tpe habitus fuerit: diuitiaſq; cumulauit inumeras: nã a p̃cipibus Italiæ conuocatus. l. aureos in mercedẽ diurnã paciſci conſueuerat ab Honorio uero a ſummo pontifice ſemel uocatus: non prius accedere uoluit: q̃ centum aurei illi ĩ diẽ ſtatuerent: unde liberatus põtifex decẽ milia illi aureoq; cõdonauit: Tãdẽ octogenarius moritur Bononiæ circa annos domini mille ducẽtos ſeptuagĩta: Qua ætate ẽt Accurſus florentinus legum gloſator floruit: Thaddæo uero ſucceſſit ſimiliter Truſienus florẽtinus: q pluſquã cõmẽtum ſup techne Galieni mira doctrina cõſcripſit: hic cũ in practica artis medicinæ ut multi ferunt ifortunatum ſe cõſpiceret religiõi ſe totũ dicauit: & charuſinus effectus eſt monachus: poſt hũc floruit Dinus de garbo florentinus ſimiliter & Thaddæi diſcipulus q patrem hũit Brunũ noie & arte chirurgiæ clariſſimũ: ut Thomas eius Dini filius ĩ ſumma quam de arte medicinæ ſcripſit atteſtatur. Dinus uero adeo utilia ĩ Auicẽna: ſcripſit commentaria: ut ſine illis Auicẽnæ doctrinã ſtare non poſſe a nõnulis creditũ ſit: ſcripſit ẽt in Galienum de malicia uariæ cõplexiõis & ĩ Hippocratẽ de natura fœtus. Qui & in philoſophia uarias & pulcherrimas diſputauit: ac terminauit q̃ſtiones: hũc nõ ĩferiori ingenio nec fama ſecutus eſt eius filius Thomas: poſt quẽ floruit: Criſtoforus de honeſtis patria bononienſis: fuit & Marſilius ſimiliter patauinus: q multaq; req; cognitione: & ſcriptorum ſubtilitate ſua ætate p̃celluit quẽ Iacobus de foro liuiæ ſecutus & fama & ingenio ſupaſſe creditr: hũc Vgo ſenẽſis nr̃is tpibus ſecutus eſt. Qui diuinitate quadã ĩgenii: & pertia medẽdi oẽs q ante illũ apud noſtros floruerũt: excelluiſſe creditur. Cuius uitã inclitã filius eius Sozinus philoſophus ſimiliter & medicus eleganti ſtilo ſcripſit. Sed ut putamus ad Vgonẽ ſummũ ſubtilitatis facultatis medicinæ p uenit: quæ iam declinare uidetur. Et hæc de Hippocrate: ac de ſucceſſoribus eius quæ nouius breuiter dicta ſufficiant.

Hippolytus cũ. i. latino ſequente duplicato. p. & penultima cũ. y. græco: ultima cũ. t. exili ſcribit: fuit filius Theſei atheniẽſiũ ducis ex Hippolyta Amazonum regina ſecũdũ Iuſtinum: uel Antiopa ſecũdum Senecam in Hippolyto natus: & componit: ab hippos quod eſt equus & λυω quod diſcerpo: ſeu diſſoluo: eo quod ab equis diſcerptus fuit: ut uidebimus ĩ dictiõe phædra. Nam ut: oſtẽdit Plato in eo libro qui de nomine Cratilus ĩſcribitur: hoc ut alia q̃plurima non uera fuerunt noĩa ſed a poetis confícta. Vnde ab euẽtu fabulæ nomẽ hoc iditum aſſumpſit.

ἱππος ὁ ἑquus
λυω Diſcerpo

Hippolyta eodẽ modo cũ ſuperiori ſcribit: & fuit mater Hippolyti: quã Antiopam uero noie dictã quidam uolunt: & ab euentu filii ſic poſtea cognominatã aſſerunt: de qua Virg. li. xi. æneid. meminit cum ait: Bellantur Amazones armis. Seu circum hippolytẽ: ſeu ſe cũ martia curru Panteſilea refert. Nãq; ambe fuerũt Amazonum reginæ: ſed ab hippolyta deuicta Hercules balteũ abſtulit.

Hippolochus ĩ cæteris eodem modo: & in ultima cum. ch. aſpirato ſcribit: fuit teſte Homero lib. ili. vi. filius Bellerophontis: & Glauci pater. Alter teſte eodem lib. xi. fuit Anthimachi troiani filius q una cũ piſandro fratre ab Agãmẽnone in troiano bello interfectus eſt.

Hippomanes eodẽ modo ſcribitur: eſt teſte Seruio ſup. iii. georg. uirus defluens ex equaq; iguinibus quo tpe ferunt in amoris furorẽ. Heſiodus uero

dixit herbâ esse: quâsi comederẽt eã furorem pate
rentur:& dicitur ab ἵππον idest equorum μανια
furia:unde etiã a poetis ponitur ꝑ ea caruncula in
fronte equi pulli nata:quam si quis mari ꝑriperet
nunq̃ deinceps pullum amaret. Et in quocunq; si
gnificato neutrum est terminatum ī es: nisi cum
pro uiri nomine ponitur.

Hipsicratea prima cũ.i.latino & unico.p.sequens cũ
.ps.&.i.latino:ante penultima cum.c.exili & penul
tima cũ.t.similiter absq; aspiratione scribitur: fuit
uxor Mithridatis:q̃ summæ uigz suũ dilexit.

Hypsipyle prima & penultima cũ.y.græco: antepe
nultia cũ.ps.&.i.latino scribit:fuit Thoãtis lẽnia
dũ regis filia dicẽte:Statio lib.qnto thabaidos:ubi
induxi narrare genus suum Adrasto argiuorum
regi:Claro generata Thoãte:Seruitium Hypsipy
le uestri fero capta Lycurgi. Et ut ipse Sta.scripsit
cum Venus Vulcani coniunx indicante sole: a ma
rito in Lemno insula cũ Marte adulterari palam
comp̃hẽsa fuisse:Lemniades aliis cũ sacra diis pe
ragerent:Venerẽ ipsam adulterã sine honore liq̃
runt quæ illis irata hircinum fetorẽ oĩbus immi
sit:ob quod a uiris suis spretæ cũ ad bella contra ui
cinos Thraces illi exissent consilio statuerunt pu
blico occidere oẽs cũ redirent. Quod cũ fieret sola
Hypsipyle patri Thoãti pepercit:quẽ naui exposi
tũ Bacchus pater ad coum insulã prospera nauiga
tione perduxit. At Hypsipyle cõstructo rogo ī ꝑ
pria regia:alterius suppositi funera ꝑ patre: quem
occisse aiebat celebrauit. Inde uero paulopost tran
seuntibus cum argonautis Iasone:ab his fœminis
hospitio ac lecto susceptis sunt. Et ab:Hypsipyle Ia
son:qui cum ea iam duobus annis demorãtes orã
tibus sociis pro discessu:& promisso reditu: ut te
stis ẽ Oui.in.vi.epistolaz heroidũ grauidã illã reli
qt:quæ gemellos deinde peperit: Thoantẽ scilicet
& Eumeũ:quos:alio alendos dimisit:ne secũdũ su
as ipsaz leges in insula masculi nutrirentur:hos ni
si casu postea reuisere non ualuit:nã paulopost fa
ma subit portus uectum trãslata Thoantẽ Frater
na regnare Coo:ex quo Hypsipyle tanquã perfida
alẽniadibus poscitur & suppliciũ:quæ cũ fugeret a
piratis in littore capta Lycurgo regi Nemeæ dono
data fuit. In cuius seruitio dum filium ipsius regis
Opheltem ipsa nutrix aleret:& redeũtibus ab ob
sidiõe Thebaz regibus argiuis: ac ī Nemæa silua
siti pene pereuntibus:interrogata de aqua illos ad
Langiam fontem ꝓduxit:& quænã esset interro
garetur:& suos illa enarrasset casus:filii q cũ Adra
sto erãt mãtrẽ esse dignoscentes in ipsius ꝓsilierũt
amplexus: Sed dũ inter hæc moratur: infans quẽ
inter flores & herbas ludentem liquerat: a serpẽte
necatus est. Quod Lycurgus pueri pater sentiens
ira inflamatus illam inferias nato mittere accurre
bat:sed a regibus & filiis auxilia iplorãs saluata est
Quæ uero deinde illi contigerit:nec apud græcos
nec apud latinos memini me legisse.

Hira cũ.i.latio & unico.r.scribit: fuit maritia urbs
in agro ꝓpinqua Pylo sub Agamẽnonis dominio
ut ostendit Homerus lib.xi.iliados.

Hyrcania prima cũ.y.græco seq̃ns cũ.c.exili: pẽulti
ma cũ.i.latino scribit:est in Asia scythaz regio:uti
Qu.Curtius de gestis Alexãdri:Plinius lib.xvi.at
testantur. Quod Seneca ī Thyeste confirmauit di
cẽs. Quænam ista regio ẽ:an sub æterna niue hyr
cana tellus. Et Lucan.similiter lib.quarto Tinxe
re sagittas errantes Scythiæ populi: quos gurgite
batros ĩcludit gelido uastisq; Hyrcania syluis: q̃ te
ste eodem Curtio pantheris & pardis habũdat plu
ribus:sed maxime tigribus:quod Luca.etiam teti
git libro primo in oratione Cæsaris ad socios cum
dixit.

Vtq; feræ tigres nunq̃ posuere furorem.
Quas nemore hyrcão matrũ dũ lustra sequũt.
Altus cæsorum pauit cruor armentorum.

Hyrgis prima cũ.y.græco: & ultima cum.i.latino
scribit:fluuius est Scythiæ:qui teste Herodoto li.
historiarum quarto intrat in Tanaim.

Hyriæ prima cum.y.græco:penultima cum.i.latio
scribitur:fluuius est Boetiæ:de quo Homerus li.
secũdo iliados meminit:& facit gentile hyriates.

Hyrmos cũ.y.græco scribit:& dicit quasi syrmos
quod est detractus:Nam series ẽ orationis uel con
structio tenorem suũ in multos uersus protendẽs
ut apud Vir.lib.æneidos primo. Est ī secessu lõgo
locus isula portũ Efficit:& reliqua: ubi fit tractus
usq; ad id Horẽtiq; atrũ nemus imminet umbra
& libro sexto:Principio cælum ac terras camposq;
liquentes:Lucentemq; globũ lunæ:titaniaq; astra
Spiritus intus:alit unde teste Seruio hyrmos lon
gissimum est hyperbatum.

Hyrœades prima cum.y.græco:antepenultima cũ
.œ.diphthongo scribitur:fuit teste Herodoto lib.
historiaz primo uir mardus:qui primus ex Cyri
exercitu muros sardium ascendit.

Hirpi cum.i.latino scribit:uocabulũ: est sabinum
& ut puto a græco corruptum:cũ a græcis ẽt sabi
ni originẽ dixerint:significatq; teste Seruio apud
nos lupos:quare ab ὁρπαξ quod ẽ rabax forsatã
deductũ fuit. Nam ut idẽ Seruius sup.xi. Virgilii
refert:fuerunt populi habitantes in mõte Soracte
qui cum Diti patri aliquãdo sacrificarent:cũ mõs
ipse manibus consecratus esset:& uenientes lupi ex
tra rapuissent:illos diu secuti sũt:quousq; tãdẽ ad
quandã pestiferam spelũcã aduenerũt: unde pestẽ
contrahentes habuerunt responsum posse eam se
dari: si lupos imitarentur: idest rapto uiuerent.
Quod postquam factũ est:dicti sunt populi hirpi
sorani:idest lupi Ditis:cũ Pluto eoz ligua Soraus
uocatus esset:cuius rei memor Virgilius Arũcem
ex eo loco ducẽtem originem lupo comparauit li.
xi. At uero Plinius libro naturalis historiæ nõ po
pulos fuisse hirpos dixit: sed ꝑ paucas phalisco
familias:quæ sacrificium annum ad Soractis mõ
tem Appollini celebrabãt:id operantes:ut ait Soli
nus gesticulationibus religosis:& impune arden
tibus lignoz struibus ī honorẽ diuiæ rei insulta
bãt flãmis parcẽtibus illis. Quibus ob deuotiõis
ministeriũ senatus ꝓpetuo cõsulto omniũ mune
rũ uocationẽ dedit: Vnde Aruns apud Vir.lib.xi.

Superos sic uoce præcatur.
Summe deũ sancti custos soractis Appollo:
Quem primi colimus:cui pineus ardor aceruo
Pascitur:& mediũ fræti pietate per ignem.

Cultores multa præminus ueſtigia pruna.
Dat pater:& reliqua.Varro autem ubiq; teſte Ser/
uio religiõis expugnator cum quoddã medicamẽ
tũ deſcriberet:ait ut ſolent hirpini. q ambulaturi
per ignes medicamento plantas tingunt: hæc illæ
de his forte itellexit Virgili.li.æneidos.vii.cũ ait.
At Meſapus equum domitor neptunia proles.
Quẽ neq; fas igni cuiq̃:nec ſterneſ ferro:& ſubdit.
Hi feſcenias acies:equoſq; phaliſcos:
Hi ſoractis habent arces:& reliqua.
Hyrtacus cum.y.græco &.t.ac.c.exilibus ſcribitur:
fuit uir troianus ex Ida mõte:qui filiũ habuit Ni/
ſum Aeneæ comitem:a quo Virgilius patronymi
cum ducẽs ait:Hyrtacides comitum Aeneæ quẽ
miſerat Ida:habuitq; teſte Homero libro.xii. ilia/
dos alterum filium nomine Aſium.
Hyrus cum.y.græco ſcribitur:nomen eſt uiri pro/
priũ:de quo Ouid.i remediis amoris:cur nemo eſt
hecatem:nulla eſt quo cœperit Hyrum. Nẽpe q̃
alter egens:altera pauper erat.
Hiſpõ cũ.i.latino ſcribitur:nomen eſt uiri propriũ.
Hiſpania cum.i.latino utrobiq; ſcribitur: regio eſt
Europæ quæ a mõtibus pyrenæis icipiẽs:ut dixit
Aps piãus clariſſimus hiſtoricus:& p colũnas Her
culis circuiens uſq; ad borealẽ occeanũ protendit:
ita ut oĩa in eo circuitu ad Hiſpaniã ſpectent:cuius
magnitudo ut ait multa eſt:& icredibilis in unica
regione.Nã decem milibus ſtadiis latitudo cõmẽ/
ſuratur.longitudo uero prorſus eadẽ eſſe uidetur:
Quam gentes quoq; diuerſæ & uariis nominibus
cognominatæ inhabitant:quĩ & fluuios plures na
uigabiles cõtinet:minoreſq; alios diuerſos & q̃plu
rimos i illos defluẽtes.Terra quoq; eſt fœlix: & op
timaq; regẽ fertilis:hæc ille:ut ad uerbũ ex illo tra/
duximus:Nã ſita eſt hæc regio iter Aphricã & Gal
liã a ſeptẽtrione pyrenæis montibus clauſa: reliqs
partibus undiq; mari concluſa.Interfluũt eam flu
mina magna Bethys Mĩeus Iberus & Tagus auq;
trahẽs:ut in Aſia pactolus & Hermus:habet pui/
cias ſex taraconẽſem:carthaginẽſem:luſitaniã: gali
tiã:& bethicã:hæc eadẽ prius Ibera ab Ibero amne
cognominata fuit.Poſtea ab Heſpo fratre Atlãtis
Heſperia.Vltia ab Hiſpali urbe Hiſpãia nũcupat:
cuius urbis acculas Cæ.grauiter increpuit. Quod
Cneo & ſex filiis Põpeii magni fauerãt Sane eã di/
ctionẽ aſpirari antiquæ iſcriptiones oſtendũt: ſed
duæ ab hiſtoricis cognominantur hiſpaniæ citeri
or:quæ eſt in ſeptemtrionali plaga: & a pyrenæo
uſq; ad carthaginem porrigitur: Vlterior quæ in
meridie a celteberis uſq; ad gabitanũ fretũ extẽdit
Hyſpeus cũ.y.græco ſcribit:fuit Archadiæ rex quẽ
nonnulli Cyrenes fuiſſe patrem credũt. Virgi.ue/
ro eam fuiſſe Penei fluui filiam in libro georgico/
rum.iiii.oſtendit.
Hyſtaſpes cũ.y.græco &.t.exili ſcribitur:fuit pater
Darii perſarum regis.
Hyſteron cum.y.græco &.t.exili ſcribitur:dr̃ a no/
ſtris ultimũ:& ide hyſteron proteron figura noia/
tur:cum ſnia ordine commutatur: ut poſtq̃ altos
tetigit fluctus:& ad æquora uenit. Nam prius ad
æquora uenit q̃ tangeret fluctus. Vir.lib.georgi.i.
Area tunc primum ingenti eſt æquanda cylindro.
Et uertenda manu.Nam prius manu uertitur: q̃
æquetur cylindro.
Hyſterologia prima cũ.y.græco & ſeq̃ns cum.t.exi
li ſcribit:dici poteſt a noſtris ſermo pposterus.
Hiſtiæus cũ.i.latino utrobiq; &.æ.diphthõgo i pe/
nultima ſcribitur fuit teſte Herodoto libro hiſto/
riarum ſexto myleſiorum tyrannus
Hiſtiæa eodem modo ſcribit:ciuitas fuit in Eubo
ia:de qua meminit Homerus libro iliados ſecũdo
πολυσ αφυλον ιςιαια.
Hiſtoria p.i.latinũ &.t.exili ſcribitur:& dr̃ ις ορειν
quod eſt ſpectare & cognoſcere ſignificat.unde &
ισ ορρα ſcinetem uocant.& ισεον eſt ſiendum:ſed
primum a græci aſpiratur: unde nos hiſtoriam
cum aſpiratione deduximus reliqua non aſpiran
tur:Sane teſte Gellio libro quinto noctium attica
rum hiſtoriam ab annalibus qdã differre eo putãt.
q̃ cũ ſit utrunq; rerũ geſtarũ narratio:earum tamẽ
proprie rerũ ſit hiſtoria:quibus rebus gerendis in/
terfuerit is qui narret.Annales uero eſſe cũ res ge/
ſte plurium annorũ obſeruato cuiuſq; anni ordine
deinceps cõponũt:Quã ſane differẽtiã accæptaſſe.
Seruiũ in primo æneidos certum ẽ. Sed clarius ea
differentia concipit ex libro ſempronii Aſellionis
primo oſtendentis q̃ inter annales & res geſtas in
terſit:Verũ inter eos inquit qui annales relinquæ/
re uoluiſſent:& eos qui res geſtas a romanis pſcri/
bere conati eſſent:oĩum rerũ hoc interfuit. Anna/
les libri tantũmõ quod factũ quoque anno geſtũ
ſit demonſtrabant.i. quaſi qui per Diarium ſcri/
bunt:quam græci εφημέριδα uocant. Nobis non
ſatis eſſe uideo quid factum eſſet id pronunciare
ſed ẽt quo cõſilio quaq; ratiõe geſta eſſent demon
ſtrare:& paulopoſt idem Aſellio in eodẽ libro.Nã
neq; lacriores ad rempu.defendẽdam: neq; ſignio
res ad rem perperam faciundam annales libri cõ/
monere quicq̃ poſſunt.
Hiſtopus cũ.i.latio &.t.abſq; aſpiratiõe ſcribit: ge/
nus ẽ nauis:quẽ teſte Gellio actuariam dicimus.
Hyſtris prima cum.y.græco:& ultima abſq; aſpira
tiõe:&.i.latio ſcribitur:ẽ aĩalis genus:qđ teſte He
ro.& Pli.lib.ix.naturalis hiſtoriæ maxime in ĩdia
æthiopia:& aphrica creſcit:ericio ſimile:ſpinis ter
gus hiſpidũ habens:quas tenſa cute plærũq; laxa/
tas uolũtaria iaculatiõe iacit:& aſſiduis aculeorum
nimbis canes uulnerat inſequentes.Et ſex hyber/
nis menſibus latet.
Hiſtrio cum.i.latino utrobiq; ſcribit:& licet a græ
ca dictione deſcendat:quæ minime aſpiratur aſpi/
rationẽ tamẽ apud noſtros ſuſcæpit.Nã teſte Feſto
huiuſmodi ſcænici a nobis hiſtriões uocati ſũt qa
primus q̃ hanc artẽ Romæ exercuit ab iſtria pro/
fectus:ẽ ſed certiſſimum & hiſtriam nullo modo
aſpirari.At uero Liuius & Valerius maximus nõ
ab iſtria:ſed ab hetrutia illum ueniſſe dicũt:a quo
eiuſmodi nomẽ tractum fuit quare nõ græcũ ſed
hetruſcum uocabulũ eſt.Similiter Cornelius Ta/
citus ab hetruſcis hiſtriones accitos dixit: & tyriis
equorum certamia. Quos laudatiſſimo primum
uſui fuiſſe habitos uidimus i dictiõe Aeſopus. Nã
hi quoq; perſonati i ſcæna tragedias agebãt:come
diaſq; uoce & corporis geſtu:Vnde ait Cicero:hi/

ſtrioſi paululũ extra numerum:aut ſi uerſus ꝓnũciatus eſt una ſyllaba breuior aut longior exibilat exploditur.i.pulſatione manuum eiicitur.

Hyuſpianus prima cum.y.græco ſequente.n.ſcribitur herba eſt medicinalis:quæ a noſtris dens caballinus uocatur.

Hodius cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Home. libro.ix.iliados unus ex græcorum præconibus in bello troiano.

Hœthyni cũ.œ.diphthõgo &.th:aſpirato ſequente .y.græco ſcribitur:populi ſunt.

Hœtychius prima cũ.œ.diphthõgo:ſeqns cũ.t.exili &.y.græco:penultima cũ.ch.aſpirato &.i. latino ſcribit̃:fuit teſte Ho.li.viii.ilia.uir achiuus lõge optius artis ſtatuariæ opifex:q ap̃ Hylẽ habitabat.

Holos cũ unico.l.ſcribit̃:& dr̃ latine totus:Olus uero ſine aſpiratiõe latinũ ẽ:& uenit ab oleo uel olo quod ſine aſpiratione ſcribitur.

Hololampus ſimiliter cũ aſpiratiõe & ſimplo.l.ſcribitur:dicitur a nobis totus flammeus.

Holor cũ aſpiratiõe ſimiliter & unico.l.ſcribit̃:auis albæ nomen eſt:quã quidam cygnũ putant: & dicitur q̃ſi holos.i.totus oreos albus:de quo Oui.in heroidibus:Sic ubi facta uocant udis abiectus herbis Ad uada mæandri cõcinit albus holor: & Vir. in bucolico.Argutos interſtrepere anſer holores.

Holocauſta ſimiliter cum unico.l.&.c.&.t.exilibus ſcribit̃:ea ſacrificia dicebant̃:in quibus tota hoſtia cõburebatur.Vnde cõponitur ex holon quod eſt totum & cauſtum combuſtum.

Holographum ſimili mõ cũ unico.l.ſcribit̃: & dici poteſt a noſtris totum ſcriptum & capi conſueuit pro teſtamẽto teſtatoris manu penitus ſcripto.

Holoſathrõ cũ unico.l.&.th.aſpirato ſcribitur:dici poteſt undiq; quaſſatum.Nam componitur ex holon quod ẽ totum:& σατρον quaſſatum quo nomine Plinius lib.xx.naturalis hiſtoriæ dixit quod dam genus petroſelini cognominari.

Forsitã ẽt post primũ uersum uerba sunt poete nõ Euãdri: alii non a morte cuiuspiã regis: sed regem quẽdã tuscoꝝ latrocinari circa ripas huius flumi/nis consueuisse & a crebris iniuriis quibus transeuntes afficiebat thybrim cognominatũ fuisse asserunt: quasi esset fluuius τησ̃ υβρεως: idest iniuriæ ex q̃ rõne cũ υβρισ̃ aspiret: tybrim aspirari uolũt: alii uero ex alia causa hoc idẽ accidisse uolunt. Nã Seruius quoq; sup. tertio æne. & græci nõnulli exponẽtes theocritũ dicũt q; cũ quodã tẽpora syracusani apd siciliã uicerĩt atheniẽses: igẽtẽ hostiũ multitudinẽ captiuarunt & eã cæsis montibus addere fecerũt monumẽta ciuitati: tũc auctis muris ẽt fossa facta q̃ aqua repleta munitionẽ reddere patriæ: Hanc igitur fossam per hostium pœnam & iniuriam illis factam tybrim uocauerunt: uidelicet απο τησ υβρεως. Postea profecti siculi ad italiã: eã tenuerunt partẽ ubi nunc Roma est usq; ad rutulos & ardeam: unde ẽ: Fines super usq; sicanos: & albulam fluuiũ ad imaginẽ fossæ syracusanæ tybri quasi τηυσαριν: hoc est ignominiã uocauerunt: & sic quoq; cũ. th. aspirato scribẽdũ esset: quod in antiq̃ssimis & emẽdatissimis codicibus de tyberi semper scriptum comperimus: licet tyberim: & tyberinum absq; aspiratione scribant. Quare puto prius: albulam dictum: deide thyberim cum. th. aspirato ab immani rege uel απο τας υαριωσ uocitatum postea tyberim sine aspiratione a tyberino rege albanoꝝ. in illo summerso: nec Ouidii uerba nos asserere cogũt ante tyberinũ in illo summersum immediate albulam uocitatum ut etiã ex Plinio lib. tertio naturalis historiæ insinuatur: hæc uerba dicẽte tyberis ante tybris appellabat & prius albula dictus fuit hæc ille. Dicitur etiã Tyberinus fluuius deus: ut Virgilius libro georgicoꝝ quarto. Vnde pater tyberinus & unde aniena fluenta. Nonnunquã uero: & pro pisce ponitur: ut Iuue. in satyra. Site propositi ait. Vos anguila manet longe cognata colubræ. Aut glacie aspersus maculis tyberinus.

Tibisis cum. t. exili & .i. latino ubiq; scribitur fluuius est scythiæ: teste Herodo. lib. histo. iiii.

Tibur cũ. t. exili & .y. græco scribit. Priscianus de quo miror latinũ dixit lib. vii. dũ de tertia declinatione pertractat. Cui & historia: quæ græcum nomẽ eẽ ostendit: & antiqua scriptura quæ cum .y. græco illud scribit: ut ĩ antiquis inscriptiõibus conspexi: aduersat: urbs est sexdecim milibus passuum ab urbe Roma distans. Quam teste Solĩo ex auctoritate Catonis Cathyllus arcas: & p̃fectus classibus euandri cõdidit. Plĩ. uero circa finẽ libri. xvi. natu. histo. aliud sentire uidet dicens tyburis originem multo ante urbẽ Romã habent adhuc. Apud eos extãt ilices tres etiã Tyburtho conditore eoꝝ uetustiores: apud q̃s inauguratus tradit fuisse: tradunt aũt cũ filiũ Amphiarai: q apud thebas obierit: una ætate ante iliacum bellũ: hæc ille asserens tyburtũ nõ Cathyllũ tyburis oppidũ cõdidisse. Vexꝝ sextius græcus historicus li. antiqtatũ. vi. Hos celebres auctores ĩ hũc modũ concordasse uidet. Ait. n. ut ex eo loco ad uerbũ traduxius. Cathyllus amphiarei filius fuit. Hic post ꝓdigialẽ patris iteritũ apud thebas: de quo nos iã uidius ĩ dictiõe amphiareus: iussu Oiclei aui sui cũ oi fœtu: & sacris missus tres liberos ĩ italia ꝓcreauit Tyburtũ coracẽ & Cathyllũ. q depulsis ex oppido haud lõge a Roma posito ueteribus sicanis a noie tyburti maximi natoꝝ filii oppidũ uocauerunt: Hæc sextius: cui Virgilius cõsentire uidetur cum ait: libro æneidos septimo

Fratris tyburti dictam cognomine gentem.

Nã ut idẽ Sextius ꝓsequitur non desunt ingt: q dicãt singulũ fratrẽ ciuitatẽ singulã condidisse: testis est mons: q adhuc cathyllus dr̃: & corax oppidũ famosum iter uolscos. Estq; situ tyburis oppidũ loco maxie cliuoso: qđ Iuue. tetigit cũ ait: ĩ tertia sat.

Et proni tyburis arce. Qui fluminis anienis decurrẽtibus aqs ẽt humido: qđ Ouid. li. fasto. quarto tetigit cũ ait. iã mœnia tyburis ubi stabant argolicæ q̃ posuere manus. Est etiam uentosum dicẽte Horatio Romæ tybur amant uentosum: tybure romã: ubi tybure ꝓ tyburi teste Seruio sup. iii. æne. qui dixit: & tybur denominatiuũ tyburtis dicit: quod pro tyburis ponit teste Capro sicut quiritis: ꝓ quiris: & cæritis: uel cæretis: ꝓ cæres. Vnde hic & hæc & hoc tyburis gentile nomen est.

Tycha cũ. t. exili: &. ch. aspirato scribit fuit teste Hesiodo in theogonia nympha filia Oceãi & Tethios.

Ticenũ cũ. t. &. c. exilibus arq; .i. latino scribit: oppidũ ẽ isubriũ: qđ nũc Papia dicitur. Nã ut ostendit Ptolomæus in geographia: insubres habent Mediolanũ Nouariam: Comum & Ticenum.

Tydeus cũ. t. exili: &. y. gtæco scribitur: habetq; accẽtum in prima fuit filius Oenei regis calydoniæ ex euriboe: ut dixit Seru. sup. vi. æne. uel ex altera uxore: ut alii asserunt: qui cũ uenãdo fratrẽ Menalippũ inaduerterent occidisset: furorẽ populi extimescẽs: relicto paterno regno ad adrastrum argiuoꝝ regem cõfugit: & alia q̃ de illo ꝓsequit Statius li. prio secundo & tertio atq; octauo suæ thebaidos Homerus uero li. iiii. iliados de illo inqt ut fere ad litterã hoc soluto stilo traducere possumus. Cũ mycenis tydeus moraret fama ẽ: neminẽ illi uiribus corporis potuisse æq̃ri. At postquã rediẽs ad fluenta Asopi uenit: cæteri eũ græci ad Eteoclem ꝓ legato dimiserũt: ad quẽ cũ iuisset ingressusq; regiã cõplures illic ciues cõperisse forte cũ Eteocle ĩ conuiuio erant. Nõ timuit: & hospes & solus thebãos oẽs ad qlibet certaminis genus ꝓuocare: At ꝓ ut

aiose prouocauit:ita oēs sic illi pallas propicia erat strenue uicit. Quāobrē thebāi dolore idignationis accensi reuersuro isidias tetenderūt: colatis adopportunū locum:qua tydeus transiturus erat quinquagita iuuenibus cum duobus ducibus deorum imortalium robore similibus:Meone: Neomonide:& lycophponte autophoni filio Eos tydeus oēs ad ipsum locū occurrētes statuit: occiditq; frætus deoꝝ q̄ sibi monstrabant auguriis. Vnum tantū Meonem cum tristi nuntio redire permisit: imo iussit:& talis fuit tydeus: hæc Homerus præfato loco de illo locutus est. Et li. vi. iliados: dixit illum apd thebas cū aliis regibus populisq; græcoꝝ occubuisse. Et ide patronymicū deducitur tydides.

Tydide pria cū .y. græco: secūda cū .d. &. i. latino scribi forsitam deberet licet nostri iam nō .d. quæ media est iter .t. exile &. th. aspiratum: sed obipsam .p. pīqtatem litteraturam .t. ponant exile ac scribant tydides: sic fere i oībus Virg. codicibus reperi: & ē tytides patronymicū positū pro Diomede filio.

Tydei Virgilius libro æneidos primo.

Odanaum fortissime gentis tytide.

Quāq̄ Seruius super octauo æneidos dicit omnia nomina quæ in eus hodie exeunt apud maiores in es: exhibāt ut Nereus neres: tydeus tydides: q̄si uelit dicere nō est patronymicū tydides sed principale cuius oppositum Virg. obseruauit. Et subdit idē Ser. illa misisse genitiuum in eis ut tydeis: nereis. Sed qa plærunq;. s. ut ait i latinitate detrahitur remanet ei ut huius nerei.

Thyestes pria cum .th. aspirato &. y. græco: ultia cū .t. exili scribit fuit filius pelopis ex Hippodamia: & Atrei frater: ac tātali nepos: de quo Seneca in thyeste: & alii poetæ plura scripsere. Et inde thyesteus: ut Ouid. lib. decimoqnto metamorphoseos. Neue thyesteis cumulemus uiscera mensis.

Tigranes cum .t. exili &. i. latio: atq; unico .n. scribit fuit rex maioris armeniæ de quo Cicero i Pompeiana: Et declinatur i genitiuo non solum tigranis: sed tigranæ.

Tigris cū .t. exili &. i. latino utrobiq; scribit animal est truculētum & uelocissimum ita ut sagittā hyrcana ligua ad nomen idicet: Et ut dixit Seruius armeniæ malum quo etiam idia & hyrcania abundat: de qbus Statius libro septimo thebaidos Plinius lib. octauo natura. historiæ: atq; Solinus plura dixere. Est & eadem scriptura ac nomine ex eadem causa accæpto fluuius q ex monte periardes armeniæ profluit: & primo quidem sine nomine: usq; ad medoꝝ fines: ut Asserunt Herodotus & Plinius sed ibi quoq; a celeritate ipsa qua decurrit tigridis nomen accæpit: inde influit i lacum: q a retysa dicitur p quem adeo uelocissimo cursu decurrit: ut lacui prorsus non commisceri probetur: Nā ex piscibus compertum est: qui sunt i lacu: nunq̄ fluuium īgrediuntur nec qui fluuii sunt i lacu prorsus habent. Exit ergo celerrimus: & cū maximo impetu. Sed mox tauꝝ montē subter labens i alterā montis partē apud lacū cui nomen est zorunda effundit: & illū ipm eē ex paleis: & purgamētis ac piscibus dignoscitur. Ibiq; iterum fluuius effectus: & lacum alteꝝ trāsiens; rursus i cuniculos demergitur: & Abiadenos & melopotamiam iteꝝ egregiēs arabes præterfluit: & in mare rubrū iuxta urbem ampopolim cadit: unde ait Seneca in troade.

Et qui renatum prorsus excipiens diem.
Templum rubente tigrim immiscet freto.

Tile cū .t. exili &. i. latio scribit: descēditq; a τηλοσεν .i. longe. Nā insula est oceani iter septentrionalē: & occidētalē plagā: quæ ultima erat ex cognitis a romanis: Vir. in primo georgicoꝝ. Tibi seuiat ultia tile. Alia est in aphrica contra sinum carthaginis.

Tilos cū .t. exili &. i. latino similiter scribit: & ab eo dē descendit. isula est ut scribit Pli. li. vi. natu. histo. cū oppido eiusdē nois in mari indico celeberrima plurimū margarītis: ipsa fert palmas: oleas creat: uineis abundat: terrasq; oēs hoc miraculo sola uincit: ut q̄cunq; in ea nascat arbor. nunq̄ spoliet tegmine folioꝝ. Hinc caucasus mōs famosissimus īcipit. ptēsus suis cōtiuis iugis i maximā partē orbis.

Timæus prima cū .t. exili &. i. latino: sequēs cum .æ. diphthongo scribit: fuit philosophus patria locrē sis Platoni dilectissimus: cui diuinū illud opus Plato iscripsit: ubi de rerum creatiōe differit: De quo Hieronymus sup Esaiā: timeū de mundi harmōia astrorumq; cursu: & numeris disputātē ipse q interptatus ē Tullius se non intelligere profitet. hæc ille. At ipse Cicero ad atticum libro octauo īquit. Aenigma oppiorum ex uellia plane non intellexi. Est enim numero platonis obscurius.

Timarthides cum .t. exili &. i. latio utrobiq;: atq; th. aspirato scribit: nomē est uiri propriū cōpositū ex τιμη: qui est honor: & αρχοντος pricipis: facitq; i genitiuo timarchidis: & timarchidæ.

Timātes absq; aliq̄ aspiratiōe & cū .i. latio scribit: fuit pictor summus parhasii æmulus: quē supasse dī i aiacæ pīgēdo: quod aliq̄ suffragiis magis quā uerītate factum credūt inter eius uero ingenii monumenta iphigenia oratoꝝ laudibus celebrat: q̄ ante aras peritura cū mœstos pinxisset omnes: & mœstitiæ omnē imaginē cōsumpsisset pris ipsius uultum uelauit: quē iam digne nō poterat ostendere.

Tymba cū .t. exili &. y. græco scribitur: quod multi in .u. nostrū conuertūt: & dicūt tumbā sepulchrū.

Timon cū .t. exili &. i. latino scribit. fuit appolonia/tes filius timarchi: qui dum iuueuis esset operam dedit saltationi: & choreas duxit: quibus postea repudiatis se ad stilponem contulit. Deinde reuersus in patriam dixit uxorem. Post hæc uero iam uir sapiens effectus & eloquēs ad Pyrrhonē se cōuertit. Deinde cum esset egenus iuit ad calcedoniā: ibiq; philosophiam & oratoriam exercuit. charus fuit Ptholōeo Philadelpho scripsit poemata diuersa: tragœdias. lx. cōedias. xxx. & satyras plures. Fuit & alius philosophus nicæus. alius hortoꝝ studiosus.

Tymœtes prima cum .t. exili &. y. græco penultima cum .œ. diphthōgo & ultima similiter cum .t. exili scribit: fuit regis Priami filius: de quo Euphoriō teste Seruio super secundo æneidos ait: priamus ex aryba filiū uatē suscæpit: q cū q̄dā die uaticinaret nasci ei dixit puerꝝ: p quē troia posset euerti peperūt simul & tymœtæ uxor & Hecuba legitia uxor Priāi. Quare Priāus tymœtæ filiū & uxorē iussit occidi. Ob qd Vir. cū de græcoꝝ equo loq̄retur:

primũq; tymœtes Duci itra muros hortaſ:& arce locari. Siue dolo:ſeu iã troiæ ſic fata ferebant.

Tymœtas eodẽ mõ ſcribiſ:& fuit nomẽ uiri ꝓpriũ.

Timoniacus abſq; aliqua aſpiratiõe:&.i.latino utro biq; ſcribiſ:fuit pictor byzãtius Cæſaris dictatoris ætate q aiacẽ Cæſari pĩxit:& Medeã ab eo ĩ Veneris gẽitricis æde poſitã.lxxx.talẽtis uenundatos.

Timotheus pria cũ.t.exili &.i.latino ſequens cũ.th. aſpirato ſcribiſ:& nomẽ ẽ cõpoſitũ ex τιμη:qui eſt honor:& θεος deus:fuit ẽt nomẽ atheniẽſis cuiuſdã uiri p̃clari & filii Conõis hic a patre accæptã gloriã multis auxit uirtutibus. Nã ad patris laudes teſte.M.Tullio libro prĩo de officiis adiæcit gloriam ĩgenii & doctrine. Fuitq; teſte Aemilio Probo diſertus: impiger laborioſus rei militaris pitus: nec minus ciuitatis regẽdæ. De quo multa ab hiſtoricis præclare facta ſcribuntur.

Timoleon cum.t.exili &.i.latino ſcribiſ: fuit corinthius:& ſine dubio iudicio omniũ uir clariſſimus Nã ut ait Cornelius nepos huicuni contigit:quod neſcio an illi:ut ad patriã ĩ qua erat natus op̃ſſam a tyrãno liberaret:& a ſyracuſis:cui auxilio erat miſſus inueteratã ſeruitutẽ depelleret: totãq; ſiciliam multos annos bello uexatã:a barbariſq; op̃ſſam ſuo aduẽtu ĩ priſtinũ reſtitueret:ut oĩa late poſuit Plutarchus ĩ illius uita. A quo & gymnaſiũ: ĩ quo ſepultus fuit timoleonteũ cognominatũ fuit.

Tympana cum.t.exili:&.y.græco ſcribitur: inſtrumẽta ſunt ad pulſandum apta:præcipue matri deum conceſſa:eo q; huiuſcemodi inſtrumentis: curetes & corybantes filium ſuum louem tutati fuerunt ut oſtendit Ouidius libro quarto faſtoꝝ.

Tymbra cũ.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur: herba ẽ quam ſane ture iam:teſte Plinio libro.xviii. naturalis hiſto.dicimus eſtq; herba aromatica & grauiter ſpirans. Virgilius libro q̃rto georgicoꝝ. Et gratuiter ſpirantis copia thymbræ: qua ager troiæ ad decem miliaria urbi uicinus abundat:in quo cũ tẽplum eſſet Apollini dicatũ dedit cauſam herba: ut tymbræus Apollo ipſe uocareſ. Virgilius in quarto æneidos. Da propriã tymbræe domũ: da mœnia feſſis. Quis & fluuius ide fluens thymbra eadẽ ſcriptura & ratione uocabatur.

Thymber cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribiſ: nomen fuit uiri proprium.

Thymum cũ.th.aſpirato &.y.græco ſcribiſ: herba eſt aromatica:& apibus dulciſſima:quod paſtor ille canens apud Virgilium in bucolicis inquit. Nerine galathea thymo mihi dulcior hyble: & cũ iuxta Athenas:q̃ ut uidimus a Cecrope cecropiæ dicte ſunt:hæc uerba abũdãter dixit Vir.in q̃rto Geor. Cecropiũq; thymũ & graue olentia centaurea.

Thymiama prima cum.th.aſpirato &.y.græco ſequens cũ.i.latino ſcribiſ:ẽ odor ſuauis thymi matura referens:unde nomẽ aſſumpſit:ut Virg. in q̃rto georg. Redolentq; thymo fragantia mella.

Tyndarus cum.t.exili &.y.græco ſcribitur: fuit rex œbaliæ:& filius Oebali regis:habuitq; uxorẽ formoſiſſimã Ledã:ex q̃ genuit Caſtorẽ & Pollucem Clytæmneſtrãq; & Hellenã:& ꝓ tyndaro nõnunq; tyndareus poniſ. Ouid.ĩ epiſtola heroidum.

Me tibi tidareus uita grauis auctor & ãnis tradidit

A tyndaro uero maſculinũ deriuaſ patronymicũ tyndarides a quo abiecta:de fœmininũ in is deducitur tyndaris. Iuue.ĩ ſaty. Credo pudicitiã: ponens differẽtiã iter mortes:q̃ a rõanis fœminis uiris ſuis eo tẽpore iferebanſ:& eã q̃ a Clytæmneſtra illata fuit Agamẽnoni:hoc tãtũ refert qđ tyndaris illa.i. Clytæmneſtra bipennẽ inſulã & ſatuã:hoc eſt ſine aliqbus uiribus dextra leuaq; tenebat:qa niſi audita fuiſſet ab Aegyſtho ob fœmineũ timorẽ nequiſſet Agamẽnonẽ iterficere. Et ſubdit de rõanis mulieribus poeta dicẽs. At nũc res agiſ tenui pulmõe rubetæ.i.uenenoſe illius ranæ:q̃ iter rubeta naſcitur:ac ſi dicat nr̃æ uiros ſuos ueneno necãt:ĩ cuius remediũ ſi eaꝝ uiri Antidotũ Mitridatis forte p̃guſtaſſet:ẽt itidẽ cũ Clytæmneſtra ferro conficere ſunt parate. Vnde ait. Sed tamẽ & ferro mortẽ uiris ſuis iferre ſũt diſpoſitæ. Si p̃guſtaret atrides Põtica ter uiſti cautus medicamina regis:hoc ẽ ſi cautus atrides.i.uir ille qcũq; romanæ mulieris maritus eẽt ut atrides.i. Agamẽnon q uir fuit Clytæmneſtræ p̃guſtaret medicamĩa antidota p̃ſeuerãtia a ueneno cõfecta.ſ.& p̃guſtari cõſueta a Mithridate rege põti ter a rõanis:uictor:ferro.ſ.paratæ:eẽnt te cõficere. Nã ut ſcribit Pli.li.xxv.natu.hiſt. quotidie Antidotum contra uenena ſumebat:adeo ut cũ quadragintaſex annis cũ romãis bella ſouiſſet: ut dixit Iuſtinus li.xxxvii.demũ tribus ĩgentibus bellis fœlicitate ſyllæ:uirtute luculli:& Põpei magnitudine uictus eſt. Et cũ iã mortẽ ſibi inferre decreuiſſet ut dixit Gellius li.xvii.& fruſtra uiolẽtiſſima uenẽa ſumpſiſſet ultio gladio ſe trãſſixit. At uero Pli.nepos ĩ li.de uiris illuſtribus mithridatẽ dixit uenenũ ſumpſiſſe quo tarde agẽte pcuſſorẽ gallũ attroci uultu territũ reuocauit:& ĩ cædẽ ſuã manũ trepidãtis adiuuit:alii uero acutiſſimo ueneno extinctũ illũ fuiſſe aſſerunt:quos Lucãus ſecutus in prĩo iqt poſt cilicas ne uagos & laſſi põtica regis p̃lia barbarico uix cõſumata ueneno. Idẽ Eutropius li.b.ſuarum hiſtoriaꝝ.vi.

Tynnicus prima cũ.t.exili &.y.græco pẽultima cũ .i.latio ultia cũ.c.exili ſcribiſ fuit filius Traſpoli.

Thynnus cũ.th.aſpirato &.y.græco ſcribiſ: nomẽ eſt uiri proprium:de quo Orpheus meminit.

Thyoneus cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribiſ: cognomẽ ẽ Bacchi:quod a τυω:qđ ẽ ſacrifico deductũ putãt:eo q; illi adhuc inter humanos uerſanti ſacrificia reddebanſ. Ex quo thyas & thyades: ut a baccho bacchides deduci aſſerit Seruius: Virgilius in tertio ænei. Thyas ubi audito ſtimulãt trieterica baccho. Nã ſacrificula eſt bacchi.

Typhon cum.t.exili &.y.græco ſcribiſ: fuit gigas filius terræ & titani:de quo Seneca in octauia.

Non tam feꝝ typhona neglecto Ioue.

Irata telus edidit quondã parens. Veꝝ a poetis noſtris quãdoq; quidem etiam typhos ſcribiſ: quãdoq; uero typhœus cum.œ.diphthongo. Lucãus in q̃rto Cõditus innarimes æterna molle typhœus quẽ ſane uerſum ex Homero traduxit li.ſilia. ſecũdo ubi ait: εἰἓν ἀριὺοις οἰ φασίττυφωέος εἶναι εὐνασ'. Nõnunquã uero diuidiſ diphthongus & ipſum.e.corripitur. Ouidi.lib.quinto metamorpho. Aethereas auſum ſperare typhoea ſe

des. At uero in deriuatiuo semp diuidit diphthō/gus & ipsum e similiter corripitur. Virg. in primo ænei. Nate patris summi qui tela typhoea tēnis: id est tela: quæ thyphoeū fulminauerunt. Nam ut ait Hesiodus ουνοσ γαρεκ ερευνωθη οπλοτιοσ: id/est hic quoq; fulmiatus fuit a loue. Nāq; ut fratres gigantes ab Ioue fulminatos ulciscerētur: illū ꝓuocauit aduersū: ob quod iratus Iuppiter ipsum ful/minauit: & super imposuit inarimen insulam secun dum Virgilium & Lucanū: ut uidimus i dictione inarime seu trinacriam secundū Ouidium libro qnto metamorphoseos ait enim sic.

Vesta giganteis infecta est insula membris.
Trinacris: & magnis subiectum mollibus urget.
Aethereas ausum sperare typhœa sedes.
Nititur ille quidem: pugnatq; resurgere sæpe.
Dextra sed ausonio manus est subiecta peloro.
Leua pachynæ tibi lylibeo crura præmuntur.
Degrauat ætna caput: sub qua resupinus arenas.
Eiectat flāmāq; fero uomit ore typhœus: & reliq̄.

Tiphys prima cū. t. exili & .i. latino sequens cū. y. græco scribit: fuit teste Plinio lib. vii. naturæ historiæ arte carpentaria glorios⁹: & primus adminicula gubernandi naues instituit: & fuit teste Orpheo & Seneca argōautarꝝ gubernator: ipō dicēte i Medea

Ausus es tiphys pandere uasto.
Carbasa ponto: legesq; nouas.

Scribere uentis. Idē Virgilius prius innuit cū ait in bucolico. Alter erit tum tiphys & altera: q̄ uehat ar go Delectos heroas. Diodorus uero siculus refert quosdā affirmassæ eius nauis gubernatorē Argon cognominatū: ut uidimus in dictione argonautæ. Verꝝ tiphym in ea expeditione perisse dixit. Sene/ca in præfata tragœdia cum ait.

Tiphys in primis domitor profundi.
Linquit in docto regimen magistro.
Litore extremo: procul a paternis.
Accidens regnis: tumuloq; uili.
Tectus ignotas iacet inter umbras.

Typus cū. t. exili & .y. græco scribit: ponit a nostris pro forma figuraq; & exemplari. Vnde archetypus ut in ea dictione uidimus.

Tyrānus cū. t. exili & .y. græco atq; duplicato .n. scri bit: dici apud nos proprie fortem: unde & tyrones illi dicuntur: q fortes cū sint ad militiā exercentur Nā ab initio teste Trogo quæq; ciuitas & gens rerꝝ publicarum imperium penes reges habebat: quos ut Iustinus scribit non ambitio popularis: sed expe ctata inter bonos moderatio prouehebat: qui & ty rāni ob fortitudinē uocabāt. Iuxta quē modū Vir. ipse in .vii. ænei. Aeneā suum quem piū semper eē uoluit tyrānū dixit: cū ait. Pars mihi pacis erit dex/trā tetigisse tyranni: sed crescente malicia cū super be reges regnare cœpissent tyrāni nomē ad illos so lum restrictum est: qui per insolentiā imperii uiri bus abutebantur: cui rei testimonio idē sit Vir. lib. æneidos. viii. cum ait. Gens bello præclara iugis in sedit hetruscis. Hanc multos florentē annos rex de inde superbo imperio & sæuis tenuit mezētius ar/mis. Et subdit q; ad superbiam respicit. Quid me/morem ifandas cædes: quid facta tyrāni. Ecce quē superbum primo regem dixerat: mox tyrannum uocauit: ut & de sceleste Pygmaliōe prius dixerat libro primo. Conueniunt quibus aut odium cru/dele tyranni: Aut metus acer erat.

Tyres cū. t. exili & .y. græco scribitur: fluuius est scy/thiæ teste Herodo. li. hi. q̄rto & post istrum secun dus fluuitq; ruens ex borealibus grandiq; palude: atq; i circuitu sythiā detiet & nebridā terrā: huius hostiū ipso Herodoto referēte incolunt hellines: q̄ tyritæ ab eo flumine cognominantur.

Tiryns pria cū. t. exili & .i. latino sequēs cū. y. græco scribit: & est generis fœminini: atq; teste Homero li. iliados urbs mœnibus insignis i peloponeso: cū uero est generis masculini: fluuius est i argo.

Tirynthia pria cū. t. exili & .i. latino sequēs cū. y. græ co: penultima cū. th. aspirato & .i. latino scribit: fu/it teste Pli. li. q̄rto. natu. hist. urbs in achaia argo ꝓ xima: & lōge a mycenis: hanc eandē puto cū e quæ tiryns ab Homero uocata est: ex qua cum genitus fuerit Hercules dictus est tiryntius.

Tyrditania prima cum. t. exili & .y. græco scribitur nomen est prouinciæ hispaniæ.

Tiresia cū. t. exili & .i. latino utrobiq; scribit: fuit te/ste Homero li. x. odysseæ: thebāus patria & peritri filius: ut dixit Lactant. grāmaticus: hūc dixit Oui. cū forte duos angues coeuntes pcussisset effectum fuisse fœminā: & septē annos in eo sexu durasse: post quos cū iterꝝ eosdē cōpisset pcussis iterꝝ an/guibus i priorē formā redactus ē: demū cū iter Io uem & Iunonē contentio fieret: qs nā maiorem i coitu uoluptatē susciperet mas an fœmina: asserē/te Iunone de uiro: & Ioue de fœmina & hunc tāq̄ expertū ambo arbitrū cōuocassent: dedit ille pro lo ue sententiā: hoc ē maiorē in fœminis eē uolupta/tē q̄ i uiris ꝓ quo irata iuno ipsum occæcauit. Sed pater oipotens ꝓ lumie adempto: Scire futura de dit pœnamq; leuauit honore hunc monstrat stati us multa & thebanis uiuū p̄dixisse: sed fugiens ui ctores thebāorꝝ i macedōia moritꝝ & sepelit: post/que suā mortē apud iferos ut late ostēdit Home/rus in .xi. odysseæ multa futura prædixit Vlixi de scendenti ad inferos: Verum ut scribit Pli. lib. vii. natura. histo. Ex fœminis mutari in mares non fa bulosum est: inuenimus enim inquit: i annalibus. Qu. Licinio Crasso Caio Cassio Lōgio Cossi. Cas/sim puerum factū ex uirgine iussuq; aruspicū de/portatum in desertā insulā. Licinus Mutianus ꝓ/ditur a se uisus: q prius fœmia nupsit: mox barbā & uirilitatem ꝓmeruit uxorēq; duxit. Et subiun xit. Idē Plinius Vidi etiam i aphrica mutatū i ma rem die nuptiarꝝ Luciū Cossicium ciuē tehesbi canū. idem sacer Augustinus de coniugiis ueteris ac nouæ legis tempore inquit: imperatoris Con/stantini manifestum est puellam in parte compa/niæ in masculū fuisse mutatā & Romā ductū.

Tyrrhenus cū. t. exili & .y. græco: atq; duplicato. r. secundoq; aspirato secūdū Prisciani doctrinā scri/bitur: fuit frater lydi regis lydiæ: ut in dictione ly dia uidimus q regno lydiæ dimisso fratri ad mari timā tusciæ deductus ē: quā tyrrheniā a se cogno/miauit i q̄ tubarꝝ usum primo ad iuentū fuisse di xit sophocles in ea tragœdia qđæ iscribitur αιαξ μαστιγοφορος: qđ Vir. in .viii. ænei. cōfirmasse ui

detur cũ ait. Tyrrhenusq; tubæ mugire p æthera clangor: Quod sane a pdonibus circa oras maritimas dispersis ab sophoclis expositoribus excogitatũ fertur: ut ad prædas facilime conuenirent.

Tyrrhus eodem modo scribitur: nomen est uiri p priũ: cum ait Vir. li. viii. ænei. regia parent armenta: & lata custodia credita cãpi: scilicet regis latini.

Tyro cũ. t. exili: & .y. græco scribitur: dicitur nous miles hoc est homo ille fortis qui ad militiã exercetur: ut uidimus in dictiõe tyrannus cuius diminutiuum ẽ tyrũculus: & ad quãcũq; artẽ illa posse referri dicũt Iuue. in satyra Atticus eximie inquit. Nec frustũ capreæ subducere: nec latus aphræ. Nouit auis noster tyrunculus. Et notãdum in tyrãno primam esse breuẽ in tyrone & tyrũculo longam licet eandem habeant analogiam. Fuit etiam teste Iustino li. xviii. nomẽ propriũ patris Didõis. & Pigmalionis qa Vir. & aliis nõnullis Bellus uocatur. Nec Sicheum maritũ Didõis fuisse dixit: sed noie Aterbam: quem & Sacerdotẽ & regẽ fuisse dixit.

Tyrus cũ. t. exili & .y. græco scribit: fuit urbs uetusta te originis magnitudine & claritate: ut dixit Curtius in. iiii. de gestis Alexãdri ante oẽs urbes Syriæ & Phœniciæ memorãda: Et ut qdã ferũt dicta prius fuit sarra: Fulteq; cõdita ab agenore prisci belli filio in insula septuaginta milibus passuũ a terra diuisa sed Alexãdri oppugnãtis idustria cõtinẽs terra facta fuit: qđ Oui. li. xv. metamor. tetigit cũ ait. Fluctibus ambitæ fuerant antisa phatosq;. Et phœnissa tyros: quaq; nunc insula nulla est.

Thyrsis cum. th. aspirato & .y. græco in prima scribitur: nomen est pastoris proprium.

Thyrsus cum. th. aspirato & .y. græco scribit: hasta quædam erat pampinis inuoluta: quã bacchãtes in choreis deportabant. Oui. lib. fasto. iii. Fœmineos thyrso concitat ille choros. Vnde & Thærsigerus dictus ẽ Bacchus: Seneca in Medea Candida thyrsigeri proles.

Thyrea cum. th. & .y. græco scribit insula est peloponensi: ut dixit Herodo. lib. iiii.

Thyre eodem modo scribit: nomen est loci.

Thyrteus absq; aliq̃ aspiratiõe & .y. græco scribitur fuit poeta græcus: de quo Plato in lib. de legibus sæpe meminit.

Tisarãtus cũ. t. exili utrobiq; & .i. latio scribit: fluuius ẽ scythyæ: ut dixit Her. li. hi. iiii. & secũdus post ordessum. Inter quẽ: ut ait & istrũ sunt fluẽtes ararus honoparis: & ordessus: q in istrũ decurrũt.

Tisana cum. t. exili & .i. latino atq; unico. s. scribitur: nec est dictio græca: ut quidã uoluerunt: sed teste Prisciãno li. ii. est dictio latia: est quæ succus uel a q̃ ordei. Vnde tisanarium deriuat: quod ẽ uas i quo ponitur uel tunditur uel coquitur ordeum.

Thyssagetæ prima aspiratur: ultima sine aspiratiõe scribit & duplicat. s. populi sunt scythici ultra sauromatas & budinos uiuentes ex uenatiõe: i quorũ territorio ut ostẽdit Herodo. lib. historiar. iiii. flumina quattuor magna fluunt: uidelicet Lycus cum .y. græco & .c. exili. Oarus. Tanais cũ. t. exili & .i. latino & Syrgis: cuius prima habet .y. græcũ.

Thysbe cũ. th. aspirato & .y. græco scribit: facitq; in gẽitiuo thysbes: fuit puella a babylonia de q̃ Oui.

Titan sine aliqua aspiratione: & .i. latino scribit: qui & Tytanus dicitur: fuit frater Saturni maior natu & filius Vrani: ut late uidius in dictione Chronus.

Tityrus primo cum. t. exili & .i. latino: secunda cum .y. græco scribitur: ponitur a Theocrito & Virgi. laconum lingua pro quodam pastore: & apud nos aries maior dici potest.

Tityus eodem modo cum superiori scribitur: hoc est prima cum. t. exili & .i. latino: secunda cũ. t. exili similiter & .y. græco scribit: fuit Iouis filius ex Etra filia Orchomeni: quam Iuppiter Iunonis irã extimescens: i specu sub terra abscondit: ob quod ex illa tityus natus dictus ẽ a poetis terræ filius: dicẽte Homero circa finem libro. vii. odysseæ: τιτυον γαίης υιον. Et Vir. similiter lib. ænei. vi. Nec non & tityon terræ omnipotentis alumnũ cernete erat Hic cũ Iunonæ uim inferre uellet ab apollie sagittis cõfussus: apud inferos magno cruciatu demergit: ut Vir. eodẽ lib. vi. psecutus est: Et Seneca i Hercule furente ait. Præbet uolucri tityus æternas dapes Oui. in. i. de ponto. Sic in cõsumptũ tityi semperq; renascens. Nõ perit ut possit sæpe perire iecur. Huius magnitudinẽ corporis nouẽ iugerum dixerũt poetæ ut Tibullus: Porrectusq; nouem tityus per iugera terræ Assiduas atro uiscere pascit aues.

Tithonus prima cum. t. exili & .i. latino: sequens cũ .th. aspirato scribit: fuit teste Home. lib. x. iliados: Laomedõtis regis filius: & Priami frater: ait. n. λαῶ ὀιέλον λαρατίωνον τεκέτω πριάμονται. Et ut rettulit. Ser. sup. iii. Vir. geor. librum ubi ait poeta. Tithoni croceũ linguens aurora cubile. Cum iuuenis eẽt: & forma decorus ad aurora dilectus & raptus fuit: ex qua Memnonẽ gẽuit. Sed tandẽ post longissimam optatãq; uitã audita Memnonis filii morte. in cicadam uersus dicit a poetis: dicẽte Horatio Lõgati: tithonũ minuit senectus: qđ ideo fictũ puto: q; cupiditate orientalis regni tractus: ubi nobis aurora cõsurgit: ex uxore eoq; locoq; ducta Memnonem progenuit: quẽ deide mortuum noscens in bello troiano. & paternũ regnũ desolatum audiens: ad quæstus conuersus uitam finiuit: ut latius uidimus in dictione Memnon.

Titus absq; aliqua aspiratione & .i. latino scribit: nomen fuit clarissimi romani principis filii Vespasiani: & fratris Domiciani.

Tlepolemus cum. t. exili: & .e. absq; dipthongo. atq; unico. l. scribitur: habetq; accentum in antepenultima fuit teste Hõe. lib. ilia. ii. Herculis & Astioches filius clarus rebus bellicis: & longo latoq; corpore redimitus: Vegq; ut ipse Homerus ait: qui simul ac in domo materna in iuuenilẽ ætatẽ adolescceret licomnion matris germanũ olim bello eximium: tũc ãt iam ætate puectum interemit. Sed cum cæteri Herculis ex illa filii nepotesq; Lycãmi ultionẽ iterfecti minarent: cõparata ingenti comitum manu classiq; quã festinãter ædificaret imposita profugit. tandem uariis agitatus casibus Rhodũ puenit: ibiq; imperiũ Rhodiorum q tres partes diuisi erãt: adeptus ẽ. Ita. n. Iuppiter huic apud illos benioluentiã conciliauerat: suppeditauitq; eisdem ob hunc mitificas opes affluentesq; diuitias: tãdem cũ i bello troiano cũ Serpedõe filio Iouis & lycioq; re

ge:hoc eſt nepos cum patruo depugnaret ab eo in/
terfectus ē:ut longo pulchroq; ſtilo Homerus li/
bro quinto iliados enarrauit.

Tmolus cum.t.exili ſequente.m.in eadem ſyllaba:
& unico.l.ſcribit:mons ē ciliciæ:ut oſtēdit Hero/
dotus lib.hiſtoriaꝝ.v.& croco uino ac melle per
fertilis.Vnde ait Vir.lib.i.georgicoꝝ: Nōne uides
croceos ut imolus odores india mittit ebur. Vꝰ
& a noſtris poetis nōnunq; ſuper additum fuiſſe
.i.poſt.t.cōperimus:ac dici timolus:Ouidius libro
.vi.metamorpho.Deſeruere ſui nymphæ uiuenta
timoli:Nec aliter ipſe uerſus ſtare poſſet: in huius
cacumine teſte Plinio homines centū quinquagin
ta annis uiuere Mutianus auctor eſt.

Thea cum.th.aſpirato ſcribit:fuit una ex nymphis
filia Oceani & tethyos.

Thoas cū.th.aſpirato ſcribit:fuit rex ī taurica regiōe
de quo Oui.li.iii.de pōto īqt:Regna thoas habuit
Mæotide clarus ī ora.Nec fuit euxinis notior alter
aqs:Alius fuit rex lemni Liberi pr̄is filius:& pr̄ Ifi/
phyles.Alius ſiphyles filius ex Jaſone:Alius fuit te/
ſte Hōe.Andremonis filius:Ατ.li.iii.ili.ὀοαϲ αγ
λραϊω ογοϲ ʀοϲ.Fuitq; rex ætoloꝝ:ac eoꝝ dux ī
bello troiano:In quem iccirco tunc ætolorum im/
perium recidiſſe dicit:q; & œneus ipſe:& dius eius
filius Meleager deceſſerant.

Tholus cū.th.aſpirato & unico.l.ſcribit:dici pōt a
nr̄is teſtudo:quo uocabulo uſus ē Vir.li.ix.æneid.
cum ait:Si q̄ ipſe meis uenatibus auſi Suſpendiue
tholo:Sed ut ait Seruius:tholus ꝓprie ē ueluti ſcu
tū breue:quod ī medio tecto eſt:in quo trabes co/
heunt:ad quos dona ſuſpendi conſueuerant.

Tomyris cū.t.exili ſubſeq̄nte.o.lr̄a:ſcda cū.y.græco
ultia cū.i.latio ſcribit:fuit regia nobilis maſſageta
rū ī ſcythia:q̄ Cyꝝ debellauit & iteremit: De q̄ ple/
ne He.li.hi.& Iuſti.ſimiliter li.i. ſui epi. ſcripſerūt.

Tomos cum.t.exili ſcribit:dici pōt latino iciſio: ſeu
ſectio:Nā deriuatur a τεμνω:quod eſt icido uel ſe
co:eſt locus in ponto iuxta phaſidis hoſtiū memo/
rabilis crudelitate Medeæ:quæ ibi fratrem ſuum
Abſyrtum occidit:& in partes execuit.
Sed magis memoria dignus exilio clariſſimi poe/
tæ Naſonis:de quo idem ipſe libro tertio triſtium
Hic quoq; ſunt urbes graie:quis credere poſſet:
Inter inhumaniæ nomina barbariæ.
Huc quoq; mileto miſi uenere coloni.
In quæ geris graias conſtituere domos.
Sed uetus hunc nomen poſitaq; antiqtus urbe
Conſtat:& abſyrti cæde fuiſſe loco.
Vt late uidimus in dictione Abſyrtus.Et ſubdit in
fine eiuſdem epiſtolæ.
Inde tomos dictus locus hic quia fertur in illo.
Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui.

Thomas cum. th.aſpirato ſcribitur:a græcis nomē
eſt Hebraicum uiri proprium.

Thon huius thonos cū.th.aſpirato ſcribit: fuit pri/
mus qui apud ægyptios medicinā in artē redegit.
De quo meminit Home.lib.q̄rto odyſſeæ: Alius
teſte Hellanico fuit rex canopi:ad quē cū Menelaus
a troiacū Helana diſcedēs:tēpeſtate maris deduce/
ref:fuit primū ab illo anteq̄ Helenā cōſpiceret gra
te ſuſcæptus.Sed cum illam cōſpexit: uim Mene/
lao inferre conatus:ab illo interfectus eſt.

Thoon cum.th.aſpirato & duplicato.o.ſcribit: ha/
bet accētum in ultima fuit teſte Home. lib.xii.ilia
dos:uir troianus ab Vlyxe interemptus.

Thootes prima cum.th.aſpirato ſequēte duplicato
.o.ultima cum.t.exili ſcribit:fuit teſte Home.lib.
xii.iliados unus ex præconibus græcorum.

Thoota cum.th.aſpirato & duplicato.o. ultima cū
.t.exili ſcribit:fuit teſte Hōe.in odyſſea Phor.filia:
ex qua Neptunus Polyphemū genuit.Quo ēt no/
mine quidam phorci matrem nominauerunt.

Topotheſia pr̄ia cū.t.exili:antepenultia cū.th.aſpira
to ſcribitur:dici pōt loci poſitio uel deſcriptio.nā
topos locus:ϑεσις poſitio dicit.Et rei ueræ a poe/
tis hiſtoricis fieri conſueuit:licet nōnūq̄ abutātur:
ut Vir.in.iænei.Portū ī ſeceſſu longo apud Aphi/
cam deſcripſit: qui teſte Ser.non illic ſe apud hi/
ſphaniam Carthaginem habetur.

Thorax cū.th.aſpirato ſcribit:regimē ē pictoris:& a
multis lorica traducit. Vir.in.vii.thoraca ahēos.

Torone cum.t.exili ſcribitur:fuit urbs Sithoniæ:ut
in ea dictione uidimus.

Toreum ita abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:opera
ſunt pulcherrime ſculpta Saluſtius in catilinario:
tabulas:ſigna:toreumata emunt.

Thous cum.th.aſpirato ſcribit:fuit teſte Homero:
unus ex troianis principibus.

Trabea cū.t.exili ſcribit nec græcā deriuationē hēre
puto:cuius nec latinā ſatiſſaciēte adhuc cōpi gēus
ē ueſtis:de quo Sue.ī li.de genere ueſtiū īqt:tria ſūt
genera trabeaꝝ:unū qđ diis ſacrat:qđ ē rētū đ pur
pura.Aliud regū:qđ eſt purpureū:hēt tamen albū
aliqđ.tertiū augurale de purpura & crocco mixtū.

Tracia cū.th.aſpirato:&.c.exili atq; .i.latio ſcribit:re
gio ē Europæ:q̄ ab He.aliiſq; auctoribus iter ptes
Scythiæ ponit & a τραϰυ:qđ ē ferū ſeu temerariū
nomē ſumpſit.Nā ferociſſimos hoies alebat qbus
aſp corpoꝝ ierat cultus.Et ut nōnulli fuerūt teſte
Gel.li.x.noctiū at.prius Sithō dicta fuit eius fines
ſunt teſte Pli.li.iiii.na.hiſt.a ſeptētiōe Iſtes: ab oriē
te pōtus & a meredie ægæū mare: mōtes hēt Ae/
mū:Rhedopē:& orbelō:Et ut Pli.li.vii.dixit cū ua
ria ſit mortalitas:& ad circūſcribedā ſeipſam īge/
nioſa cōputat more thraciæ gētis:q̄ calculos colōr
diſtictos ꝓ expimēto cuiuſcūq; diei ī urnā cōdit:
ac ſuꝑmo die ſupatos dinūerat. Atq; ita de quoq;
ꝓnūciat:iuxta qđ dixit Iuue.& a thacia theicius &
theicia deriuat:ut in dictiōe threiſſa uidebimus.

Tragœdia prima cū.t.exili:ſequēs cū.œ.diphthōgo
ſcribit:& habet accētum ſup diphthōgo:cū reliq;
breues ſint.Oui.in.ii.de triſti.Oē genus ſcripti gra
uitate tragœdia uincit Horati.ſimiliter. Effutire
leues īdigna tragœdia uerſus.Cōponiturq; ex tra/
gos:qui apud nos ē hircus:& œdia cantus.Nā hir/
cum pro pmio ſui cantus primi tragici: qui ruſti/
ci & paſtores erant reportare dicebantur:ut Hora.
Carmie q tragico uilem certauit ob hircū: In quo
tandem genere poematis floruerunt apud græcos
Aeſchilus ſophocles: & Euripides: apud noſtros
uero accius Pacuuius Oui.q teſte Quitiliāo ī hoc
genere Medeā ſcripſit. Et quantū poterit ingenio
clariſſime oſtendit.Sed his depditis ſolus iā reſtat

Seneca de quo nec iter tragicos Quiti meminit in suis tamen istitutionibus illius uersiculū nomī natim iduit:quem sane & in his tragœdiis: quas habemus olim comperi: Nec oēs eiusdē auctoris eē uidēt:ut uarietas stili diligēter ituētibus idicat.

Tragus cū.t.exili scribit:dicit a nostris hircus quē nōnulli arietē esse uolūt:Vnde & tragopa auis dr q̄ in æthiopia azatica maior est aqlis: & cornibus arietinis p̄fert caput armatū:ut scribit Solinus.

Tragelaphus cū.t.exili &.ph.aspirato scribit:nomē est compositū ex tago & elaphus:q̄ ē ceruus:Nam teste Pli.li.viii.natu.histo.species ē cerui: Barba ta mē & armoꝝ uillo ab aliis distās:nec alibi q̄ iuxta Phasim amnem nascens.

Tragemata cū.t.exili utrobiq; scribit:& Macrobio in prio Saturnaliū libro.ea ueteres nostri appella' uere bellaria.Et ut paꝝ supra dixit. Significat aūt bellaria omne mensæ secundæ genus.

Talles cū.t.exili & duplicato.l. scribit: urbs fuit in minori Asia:qua Metellus numidicus exulauit.

Trapeza cū.t.exili &.z.consonante scribit: dicitur a nostris mensa.

Trapezita absq; aliqua aspiratiōe &.z. consonante scribit nomē ē deductum a trapeza: ideſt mēsa q̄ argentarii uti cōsueuerūt.Vnde trapezita argētari us a qbusdā:a nōnullis uero numularius traducit Sed ipse græco uocabulo utitur Plau.i curguliōe.

Thrasybullus cū.th.aspirato & unico.s. sequente.y. græco scribit:fuit uir atheniēsis Lyci filius.de quo Aemilius p̄bus ait:Si per se uirtus sine fortūa po/ nēda sit dubito an hūc p̄mū oium illā sine dubio neminē huic p̄fero fide:cōstātia magnitudine ani/ mi.& amore in patriā.Nam quod multi uoluerūt pauciq; potuerūt:ab uno tyrāno p̄riam liberāt:hu ic cōtigit.ut a triginta opp̄ssas tyrannis athenas: e seruitute in libertatē uendicaret:Aliaq; magnifica cōfecit:quæ Iustinus li.v.& alii nōnulli scripserūt. Veꝝ sequēti tempore cū p̄tor classem ad Siciliam appulisset:neq; satis diligenter in castris eius agerē cur uigiliæ:a barbaris noctu eruptione facta in ta/ bernaculo interfectus est.Alius eodem nomie fu/ it teste Herodoto libro historiarum primo mele/ siorum tyrannus.

Thrasimedes cū.th.aspirato:&.y.græco scribit: fu/ it teste Homero li.ix.ilia.Nestoris filius.

Thrasus cū.th.aspirato scribit:nomē ē uiri q̄d apd nos fiduciam indicat.quæ grecæ θρασος dicitur unde & thrasumenum lacum deductum dicius.

Thrasumenus lacus cū.th. aspirato: & absq;.n.ante .s.scribit:lacus ē i agro perusino.De quo Liuius & plures alii loquunt.Nā si.n.cōsonans ut qdam scri būt adderetur:ita ut diceret trāsumenus: eēt eius pria positione longa:quod ueꝝ nō eē idicat Ouī lib.vi.fastoꝝ cum ait.Sunt tibi flamius transume/ naq; littora testes.Hunc lacū semel totū arsisse di/ xit Pli.circa finem lib.ii.natu.histo.

Thraso cū.th.aspirato scribit: nomen est propriū uiri.De quo sæpe Terentius.

Trechus cū.t.exili &.ch.aspirato scribitur: fuit teste Homero lib.ilia.quinto uir Tolus: & in bello tro/ iano ab Hectore interfectus.

Threissa cū.th.aspirato &.i.latino atq; duplicato.s. scribit:nomēn ē patriū a θρēιος masculino:q̄d ioni ca lingua thracesse idicat deductū:ubi diphthōgus ei soluit.Vir.libro æneī primo. Vel qualis equos threissa fatigat Harphalice. De quo i dictiōe cres/ sa latius uidimus.simili modo threicius dicitur.

Threnos cū.th.aspirato scribit:dici pōt latiæ lamen tū.Et generis est neutri:q̄d i funeribus decātabat. Quo primū Simōides poeta lyricus apud græcos usus est:& dr a θρηνοσ qui est planctus.

Trie terica absq; aliqua aspiratione &.i.latino utro/ biq; scribit.erant bacchi sacra:q̄ qa triēnalia: hoc ē tertio quoq; anno sumptuosiora quotidiāis orgiis agitabant:trieterica dicta sunt dicente Ouī.lib.ix. metamorphoseos:

Vtq; tuo modo proles semeleia thyrso.
Ismariæ celebrant repetita triēnia bacchæ.

Idem & Seruius affirmauit sup id Virgilius libro æneidos quarto.

Thyas ubi audito celebrant trieterica baccho,
Orgia:nocturnusq; uocat clamore cytheron.

Tribrachus prima cū.t.exili &.i.latio:sequens cū.r. post.b.ultia cū.ch.aspirato scribit pes ē tres conti/ nens breues.Nam cōponitur ex tris:& βραχυ q̄d est breue.ut Virg.in Alexi:Te coridono Alexi:ubi dono a facit tribrachum:cum uocalis ante uocalē breuis fiat.

Triclinium absq; aliqua aspiratiōe & cū.i.latio scri bit:dictio est cōposita ex tris & κλινη q̄ est thorus hoc est a tribus thoris:q̄ iuxta mensas pro fessione ponebant est appellatum.Nam tres mensas in cō/ uiuio appōere cōsueuerāt:iuxta quas & thoros se debant.Iuue.in.v.saty.primo fige loco quod tu di scumbere iussus.Et subdit.Tertia ne uacuo cessa/ ret culcitra lecto.Vna simus ait.Quare & prō loco ubi cōuiuabant tricliniū ponere consueuerant: ut Quintilianus loquens de loco:ubi Simonides ar/ tē mēoriæ tradit iuēi isse iquit. Vix eo limē egres/ so triclinium illud supra conuiuias curruit.Cicero uero eundē locum traduxit cōclaue dicēs.Hoc ite rī spacio cōclaue.illud concidit.Aliqbus uero aliis discubitoriū magis traducere placuit & triclinio architriclinus:ut in ea dictione uidimus.

Trigla cū.t.exili &.i.latio scribitur:piscis ille est: q a nostris mullus dr:q & apud quosdam græcos tra/ ctus est μυλλοσ.

Trimetra sine aliqua aspiratiōe:& cū.i.latino scribi tur:nomē est compositum ex tris & metrū: quasi trium metrorum ideſt pedum.

Trinacria absq; aliq̄ aspiratione &.i.latino scribitur dicit a nonnullis trinacris: & pro sicilia sumitur. Nam teste etiam Seruio super primum æne.græ ca dictio est:quia tribus acris.i.sumiratibus seu p mōtoriis prominet:uidelicet Pachyno:pelorio: & Lilybeo:ut in dictione Sicilia uidimus.Ob q̄d di/ xit Ouidius super quarto fastorum.

Terra tribus scopulis uastum procurrit i æquor.
Tinacris:a portu nomen adepta loci.

Et li.xiii.meramorpho.iquit.Intrant.

Sicaniam:tribus hæc excurrit in æquora liguis.
E qbus ibriferos est uersa pachynus ad austros.
Mollibus expositis zephyris lilybæus:at arctos.
Aequoris expertes spectat boreamq; pelorus.Veꝝ

græci oēs poetæ & hiſtorici i oībus:quos legi emē datiſſimis codicibus nō triacriā cū.t.exili &.r.poſt .c.ſed thrinacriam cū.th.aſpirato:&.c. exili ſubſequente.i.latino ſcribit:ut Homer.i odyſſea: ὀριγα κιζέσ vιζον cuius deriuationē nec ego nec doctiſſimi græci:quos iterrogaui reddere ualuimus.

Tripos cū.t.exili &.i.latio ſcribitur: cōponiturq; ex tris & pos:q eſt pes.Erantq; tripodes teſte Seruio ſuper quarto æne.menſe in templo Apollinis delphici qbus ſuperpoſitæ phæbades uaticinabant.

De qbus in dictione Gortina uidimus.

Thryoeſſa cū.th.aſpirato &.y.græco atq;.o.&.e. diuiſis ſyllabis.duplicatoq;.ſ.ſcribit:fuit teſte Hōer.li.ix.ilia.oppidū ſupra Alpheū arduo in loco poſitum:& ad poſtremum regni pylii.

Thyros cū.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur: fuit ēt teſte eodem Homero urbs regno Neſtoris.

Triptolemus abq; aliq; aſpiratiōe:& cū.p.ante ſecūdam.t.ſcribitur:fuit teſte Oui.li. tertio Faſtorum filius Cæloi & Menalinæ.Ad quos cū in loco: qui nunc cerealis eleuſis dicit:Ipſa Ceres quærens Proſerpinam deueniret:hæc Cæloi rura fuerans ſenis Triptolemuſq; eoꝝ filius in cuius degeret:dū nocte pater & mater dormirent:gremio ſuſtulit illa: ſuo.Terq; manu mulxit eū:& tria carmia dixit: & ide accēſo foco obruit hūanū purget i ignis opus. Excutitur ſomne ſtulte pia mater.& amens. Quid facis exclamat:membraq; ab igne rapit. Cui dea dum non uis iquit ſcelerata fuiſti. Irrita materno ſunt mea dona metu. Iſte quidem mortalis erit:ſed prius arabit. Et feret:& culta præmia tollet humo.

Sane Iuſtino referente in ſecūdo ſui epitomatis: & capella de nuptiis Mercurii:Triptolemus i ptibus atticis uſum frugum primus adinuenit.

Triton abſq; aliq; aſpiratiōe.&.i.latino ſcribit: fluuius i Lybia defluēs primo i lacū grandē:ſeu paludē. Tritonidis:deinde in mare lybicū:i quo lacu dixit Hero.li.hiſto.q;rto iſulā eſſe noie Pola.i qua ſigna ſunt aduentus iaſonis & alia plura.q idem auctor refert.Qui & adhuc lacū tpibus Ogygii regis pallas uirginali ætate apparuiſſe fert:ex cuius noie & ipſa Tritōia dicta fuit.Vnde Lucan.libro.ix. Hanc & pallas amat:datrio q; uertice nata Terraq; primā lybieniam proxia cœlo eſt.ut ꝓbat ipſe color: tetigit ſtagniq; gena Vultus uidit aqua:poſuitq; i margine plantas.Nam tanto procliuus dea credita eſt quanto minus eius origo innotuit.Ob qđ rettuli: Hero.dixiſſe quoſdam Mineruā ipſam filiā fuiſſe Neotuni:ipſius paludis tritonidos:ſed patrem dedignatam:dediſſe ſe loui:& a loue filiam recæptā: rurſuſq; cū ſcuta & galeas ægyptii adinuenerint: ipſam ex illis ad græcos tranſtuliſſe.

Triton eodē modo ſcribit : ut ſuperior dictio fuit: marius deus Neptūi filius atq; ſalathiæ:q ut dixit Vir.in.x.æne.Cærula cōcha exterens fretā:cui laterum tenus hiſpidanāti Frons hoiem ꝑfert i priſti deſinit aluus:quē ut ēt dixit Luca.in.lib.ix. Audit uentoſa pflantem murmura conea Pontus qđ nō fictū:ſed ueꝝ fuiſſe oſtēdit Pli.li.xi.na. hi. Et cum primum in titonide palude:aphricæ uiſum fuiſſe dicant:tritonis nomine cognominatum uolunt

Triumphus prima cū.t.exili &.i.latio a nobis ſcribitur:q̄q̄ a græcis cū.th.aſpirato ſcribit:uidelicet τρίαμβοσ.ſed ut ait priſcia.in.viii.fuit trāſlatio aſpiratiōis prima ad poſtremam ſyllabā quodomodo χυφπρα olla κυθρα cōmutatum fuit: qđ ē ionicū ενταιθα pro ἔνταυτα.Ad cuius imitationē latini pro τριαμβοσ cū aſpiratiōe prie:triūphus p trāſmutationē aſpirationis protulerunt:& ob id eodē Priſciano teſte.b.in.p.cōuerſa eſt: quia.b. aſpirari nō poteſt.Et erat triumphus honor maximus: q dari poterat ducibus romāis.Nam uehebant eqs albis:quibus primus oīum Camillus inuectus eſt curru inaurato:capite coronato lauro:& ante ipm triumphantē uictus hoſtis honeratus colla catēis. Et præeunte ſenatu capitoliū aſcendebat ad templū Iouis optimi maximi:ubi mactato tauro albo ad propriam deinde domū redibat. Verum teſte Plutar.in uita Romu.imagines ituemur:non niſi peditē triumphos geſſiſſe illū uidīus:& refert aliquo dixiſſe tarqnium Demarati filiū:hoc eſt priſcum fuiſſe:q primus ob icredibilem ſui ai iſolentiam:hoc quod diximus triūphādi genus adinuenerit:Qui & referente Pli.in.xxxiii.natu. hiſto. tunica aurea triumphaſſe tarqnium priſcum uerius tradit.Sunt & nonnulli qui publicolam fuiſſe primum referunt.

Thryus cū.th.aſpirato &.y.græco ſcribit:fluuius ē elidis.qui in alpheum decurrit: de quo meminit Homerus li.ilia.ii.

Trites abſq; aſpiratione ſcribit:populi fuerūt achiuoꝝ:q teſte Hero.li.hi.i.ſoli mediterranei erant.

Trochæus prima cū.t.exili:ſeqns cū.th. aſpirato & .æ.diphthōgo ſcribit:pes eſt celer:& uolubilis. Nā a trochos:quæ eſt tota deriuat.Et ut qdā ferūt a Mercurio compertū.Conſtatq; ex longa & breui temporum trium:ut Cæſar Caius.

Trochus cum.t.exili &.ch.aſpirato ſcribitur: dicit a noſtris rota.

Trochiſtus prima cū.t.exiliſequēs cum.ch.aſpirato ultia ſine aſpiratiōe ſcribit:dicit apud nos puā rotam Nam diminutiuum eſt trochi:unde & compoſitiones quædam medicorum in formam rotulæ trochiſci uocabantur

Troœzen cū.t.exili &.œ.diphthōgo ſcribit:fuit oppidum atticæ regionis.Vnde troœzeni populi ſunt cognominati.

Troglodytæ abſq; aliqua aſpiratione:& cū.y.græco ſcribit:ſunt teſte Pli.li.q;rto natu. hiſto. degeneres ſcytarum gentes a ſeruis ortæ:at uero Solinus & Pōponius dixerunt populos eſſe aphricanos in finibus æthiopiæ.

Troia cū.t.exili &.i.latio ſcribit:fuit teſte Li.lib.vii. de bello macedonico regio mioris aſiæ in qua iliō fuit ciuitas cātatiſſima.Nōnūq; uero & pro ipa urbe troia ponit:ut Oui.i primo epiſtolaꝝ heroidū Troia iacet certe.Et alibi in eadē epiſtola:iā ſegetes ē tibi troia fuit.ſimiliter Vir.& cāpos ubi troia fuit.Quæ teſte Homero circa initiū lib.q;rti:oīum q; ſub ſole ac ſtellifero cælo ſūt urbiū qdem i ſigniſſima ē troia.Et ut uidīus i.ii.hoꝝ cōmentarioꝝ lib. .o.&.i.apud græcos ꝑ diphthongum coniunguntq; quā nos diuidentes facimus.i.cōſonantem.Niſi ea

dictio fiat adiectiua:in qua.i.diuisa ab.o. remanet: uocalis:ut trōius æneas:troia gaza:&similia:deducit inde ēt troiugena.ut Vir.in.ii. Troiugena interpres diuū.Dicebat & troia teste Festo Lusus puerorꝝ equester:& locus in agro laurente quē primū Italiæ æneas cum suis constituit.

Triozenus cū.i.latio sequēte.z.cōsonāte: fuit thrax filius Cæadi:& unus ex his q uenerunt in auxilia troianorꝝ:ut ostendit Homerus li.ii.iliados.

